

Josip Banić, “*Irato animo*: Performing Anger in Late Medieval Istria,” in *Emotio, affectus, sensus...: Emotions in the History of Adriatic: Conference Proceedings from the 9th Istrian History Biennale, Poreč – Parenzo, 23rd–25th of May, 2019*, ed. Marija Mogorović Crljenko and Elena Uljančić (Poreč: Zavičajni muzej poreštine – Museo del territorio parentino, 2021), appendices.

Appendix 1: Critical editions of the judicial transcripts of selected case-studies (sorted thematically and in the order of their appearance in the main text)*

This appendix, edited by the author of the paper, is published only in digital format by *Fontes Istrie medievalis*, fontesistrie.eu/separata/Anger_IPB9_Appendix.pdf.

Current version: 1.0: Prior to Reviews (27th of November, 2020).

* The following editions adhere to *Fontes Istrie medievalis* editorial principles that can be read on the following web page: <https://fontesistrie.eu/editorial> [last access: 21st of October, 2020].

Cases

Case 1: Martin of late Henry vs. Christopher the carpenter	I
Case 2: Blaise Pasqualini vs. Paschal de Sano and his wife Ursa	IV
Case 3: Nicholas Mozal vs. Iuri Sabac	VI
Case 4: Julian de Sisto vs. Preto Peio and Andrew de Pizol.....	VIII
Case 5: Thero de Maure vs. Marinus de Vermo	XI
Case 6: George the drapper vs. George Rubeus	XIII
Case 7: Martin from Ljubljana vs. Stephan Bresanus.....	XIV
Case 8: Gregory of Roč vs. Pause Trascanovich	XV
Case 9: Nicholas of Philip vs. Bastian the Slav	XVIII
Case 10: Jacob from Senj vs. Simon de Iuanci.....	XXI
Case 11: Bartholomew the tanner vs. Friar Anthony the schoolmaster.....	XXII
Case 12: Leonard from Carnia vs. Maticus Margonich.....	XXIV
Case 13: Jelena the wife of Vidus vs. Ambrig the shoemaker.....	XXV
Case 14: Agnes called Muta vs. Margarita the daughter of late Bastian Puzel	XXVII
Case 15: Benedict Sacerna vs. Peter Scarpa	XXIX
Case 16: George Niger from Corfu vs. Anthony of Stephen from Zadar.....	XXX
Case 17: John de Luna vs. Dominic de Lutter	XXXIV
Case 18: John de Luna vs. John the carpenter	XXXV
Case 19: John de Luna vs. Matthew de Facina.....	XXXVII
Case 20: Sfetina vs. Peter Talzich.....	XL
Case 21: Sfetina Tramontana vs. Primus Pengarich	XLII
Case 22: Andreolo de Luna vs. Anthony Claudus from Rovinj	XLV
Case 23: Blaise the son of Tonse Marich vs. Tonse Marich, his father.....	XLVII
Case 24: Martin de Brigna, the servant of Francino vs. Francino from Višnjan, Martin's master. L	
Case 25: Paul Iedrezich vs. his brother Martin	LI
Case 26: Jacob de Facina vs. Matthew Boldon.....	LIII
Case 27: Bonaldus from Vrsar vs. Matthew from Hum	LV
Case 28: John the Slav vs. the Commune of Piran	LVII
Case 29: Martin of Shkodër vs. the Commune of Rovinj.....	LVIII
Case 30: Francis de Varga vs. the Commune of Poreč.....	LXI

Case 1: Martin of late Henry vs. Christopher the carpenter

Poreč, January of 1446.

Source: *Acta potestatis Parentii*, fol. 285r–285v (accusation, defense, and the testimonies of witnesses), fol. 301r (podestà’s verdict).

[Accusation:]

Die dominico nono mensis ianuarii, 1446.

Martinus quondam ser Henrici^a Schiavi con querela accusat et denuntiat magistrum Christoforum marangonum eo quod dum hodie esset sub logia rippe comunis et sederet, venit ad eum dictum Christoforus dicens: “El me avanca da comun lire 21 vel 22 pro resto laborerii, quod feci comunis, da michi.” Cui respondit Martinus: “El me ha dito Antonio de Renosto fonteger chel de aver per formento, che fato ben le vostri raxon non ve avanca soldi 40.” Tunc dictus Christoforus dixit: “Ei tu menti per la gola! Ti e lui!” Et Martin dixit: “Tu menti! Ti, che te vegna cento chagasangi!” Tunc dictus Christoforus evaginato uno cultelo panesco cum eo admenavit de puncta, sed non iunxit, et qui presentes erant^b tenuerunt eum. Postquam dictus Martinus ivit domum, et accepit unam cultelam, et super crosariam cepperitt dictum Christoforum, cui dixit: “È tu de le voia de anchuo?” Tunc Christoforus flexus est in terram, et accepit lapides pro admenando ei, quod videns dictus Martinus evaginavit cultelam, et de plato ei admenavit. Tunc dictus Christoforus traxit lapidum, et dictum Martinum iunxit in capite, per modum quod eum percussit a parte sinistra cum uno vulnere et sanguinis effusione. Dat in testes Thomasum ser Nicolai, Bartolameum ser Preti, Petrum de Lozo.

[Testimony 1:]

Die XI ianuarii.

Thomas ser Nicolai, testis nominatus ut superius, citatus, iuratus, et examinatus quid scit super contentis in dicta accusa sibi perlecta ad sui plenam intelligentiam presente sotio milliti domini potestatis, qui sacramento dixit, quod dum esset sub logia rippe, erat quidem dictus Chistoforus et petebat Martino predicto denarios, quos habere debeat a comuni pro laborerio, et dictus Martinus respondebat: “El me par che tu he piu debitor al fontego, el besogna desbater zo so.” Et dictus

^a *Inserted and written above the line.*

^b *The following tro crossed out.*

Christoforus dicebat: “Che a tu a far a pagar li mie debiti? Laga el pensier a mi.” Et dictus Martinus dixit: “Va te fa foter!” Et Christoforus respondit: “Va ti!” Et dictus Martinus admenavit ei cum manu aperta pro dando ei unam alapam^c, sed non iunxit. Tunc Christoforus evaginavit unum cultelum panescum tenens in manu^d, et Martinus tunc ivit domum et accepit unam cultelam^e, veniens extra et querebat dictum Christoforum. Quid successit non^f vidit.^g

[Testimony 2:]

Die XXV ianuarii.

Colleti de Berton testis productus dixit sacramento, presente ser Nicolao de Facina iudice, quod dum esset sub logia rippe comunis, audivit quod magister Christoforus petebat certos denarios Martino, et Martinus respondit quod erant interdicti a fonticar, et inter alia verba dixit Martinus: “Et va te fa foter!” Et Christoforus respondit: “Va ti!” Et habitis verbis simul dictus Martinus cum pugno fecit asmantiam^h admenandi dicto Christoforo. Tunc Christoforus evaginavit cultelum unum et tenebat. Tunc Martinus ivit domum, et ibat querendo ipsum. Quid successit non vidit.ⁱ

[Defense:]

Magister Christoforus constitutus ad faciendum suam defensionem de predictis dixit, verum sibi admenasse cum uno lapide in capite, quia dictus Martinus curebat post eum cum una curtelesia.^j

[Counteraccusation:]

Die XI ianuarii.

Magister Christoforus marangonus accusat Martinum quondam ser Henrici Sclavi quod dum die nono instantis sederet sub logia rippe comunis, et ibidem esset dictus Martinus, et dictus Christoforus ei diceret: “Et ho lo bulitin de quello de aver da comun. Dame denarii!” Et responderet dictus Martinus: “Tu he debitor al fontego! El bisogna pagar li!” Tunc Christoforus dixit: “Sia con Dio mandemo per esso et dame lo resto.” Cui respondit Martinus: “E non ti voio dar alguna cossa!”

^c pro dando ei unam alapam *inserted and written on the left margin.*

^d tenens in manu *inserted and written above the line.*

^e *The following quere crossed out.*

^f *The following se crossed out.*

^g *tt with an abbreviation sign (standing for testificatio or testis) written on the left margin next to this block of text.*

^h *The following d crossed out.*

ⁱ *tt with an abbreviation sign (standing for testificatio or testis) written on the left margin next to this block of text.*

^j *Defensio written on the left margin next to this block of text.*

Va te far foter!” Respondit Christoforus: “Va ti!” Tunc Martinus dixit: “Che te vegna Co chagasangi!” Et cum manu aperta admenavit, et si non se retraxisset, dedisset alapam. Postea^k miscebat cum manibus sub clamide pro accipiendo cultelum. Tunc Christoforus videns predicta evaginavit unum cultelum, sed nullam asmanciam fecit, et tenebat pro eius defensione, ne dictus Martinus iret super eum. Et non obstantibus his, pure conabatur irruere, si non fuisset detentus. Et non contentus his, domum ivit, et accepta una magna culetela ybat quesitum dictum Christoforum, et repperiit eum stantum apogiatum ad balchionem stationis magistri Petri barberii, cui dixit: “Estu de la voia de anchuo?” Et nullo habito respectu, cum dicta arma admenavit et eum iunxit plures de plato super humeros. Tunc Christoforus cepit fugere et Martinus sequebatur eum, non cessans verberare et percutere eum usque domum Antonii Simuiaia. Tunc dictus Christoforus fuit, et accepto lapide traxit versus dictum Martinum currentem post eum, et modicum iunxit in capite. Et dat in testes ser Thomam quondam ser Nicolai, Antonium Daco, Colleti de Berton, Marin Michaelis de Galignana – examinatus dixit sacramento nil aliud scire, salvo quod vidit Martinum currentem post Christoforum cum cultela evaginata usque ad domum Antonii Simuiaia.^l

[Podestà’s verdict:]

Magistrum Christoforum marangonum, contra quem processum fuit et est per accusam factam contra eum per Martinum filium quodam ser Henrici eo quod die in accusa contento percusserit cum lapide dictum Martinum in capite cum vulnere sanguinis effusione, que vera fuisse nobis constant tan per confessionem dicti Christofori quam per testes superinde examinatos, ut in actis curie nostre continetur, comitendo predicta contra formam iuris statuti Comunis Parentii, et habito ac considerato quod postea habent bonam pacem ad invicem, pecantes citius in misericordia quam in crudelitate, dictum Christoforum in libris quinque parvorum et ad solvendum medicinis et scripturis in his scriptis sententialiter condenamus.^m

^k *The following quereba crossed out.*

^l Absolutus fuit Martinum propter vulnus habitum *written on the left margin next to this block of text.*

^m The sentence was publicly read in the loggia of Poreč by the podestà’s chancellor, John de Victore, on the 25th of January, 1446 (not *more Veneto!*). “Late, date et in his scriptis sententialiter pronuntiate et promulgate fuerunt superscripte sententie condenatorie per antedictum pottestatem pro tribunali sedentem sub logia fontici comunis ad sonum campane, ut moris est, et lecte et publicate per me, Iohanem de Victore notarium et dicti domini pottestatis cancellarius, MCCCCXLVI, indictione VIII, die XXV mensis ianuarii, presentibus ser Nicolao de Dainese, Dominico condam ser Nicolai de la Porta, magistro Bernardo barberio et aliis in multitudine.” *Acta potestatis Parentii*, fol. 302r.

Case 2: Blaise Pasqualini vs. Paschal de Sano and his wife Ursa

Rovinj, May of 1433.

Source: *Acta potestatis Rubini*, fol. 63r–63v (accusation, defense, and the testimonies of witnesses), 65v (podestà’s verdict).

[Accusation:]

Suprascriptis millesimo [1433] et indictione [XI], die ultimo madii.

Coram ser Antonio iudice in cancellaria domini potestatis personaliter constituta Ursa, uxor Pasqualis quondam Sani, dixit et cum querella exposuit quod dum die isto, hora XXIII, ipsa esset Rubinii, penes domum Bastiani Sclavi et loqueretur cum aliquibus mulieribus, illuc venit Blaxius quondam Pasqualini cum uno ligno in manibus cum quo admenavit ipsam, proicens de manu, et ipsam percussit super tergo dextero, et si non fuissent ille mulieres que dixerunt: “Cave! Cave! Cave! Ipse Blaxius venit cum uno ligno! Ipsam forte interfecisset cum dicto ligno!” Et non contentus de predictis, voluit currere post ipsam et subito detentus, et hoc vult probare per Zesanam, uxor magistri Simonis, et Malgaritam, uxor Iacobi Magni.

[Defense and counteraccusation:]

Die primo Zunii.

In cancellaria coram dicto iudice comparuit Blaxius quondam Pasqualini [et] cum querella dixit quod dum die novitus finita, circa horam XXIII, ipse esset penes domum Bastiani Sclavi, ipse Blaxius dixit Pasqualino quondam Sani: “Teneas modum quod solvas isti pro sutellaribus et trahe me de fidevissione, ut possum ire a Dignanum et ibidem non sum detentus nomine tuo.” Et^a ille Pasqual dixit: “Ad presens non habeo denarios pro solvendo et omnino nollo solve!” Et ille Blaxius tunc dixit dicto Pasquali: “Tu furatus fuisti hos sutellares et vis quod ego solvam!” Et hoc dicto, Ursa, uxor dicti Pasqualis, dixit dicto Blaxio: “Tu mentiris per gullam!” Et posuit manum ad unum lapidem et voluit amenare^b dicto Blaxio, qui subito se plicavit in terram pro uno lapide, et ipse Blaxius stando sic curvatus, Pasqual predictus manu cepit per capillos, tenens ipsum sic plicatum, donec ad illum etiam currit dicta Ursa, et mater eodem, ubi ipse Pasqual et uxor sua et mater uxoris sue ipsum Blaxium multis percussioibus percusserunt cum pugnibus super caput et

^a *The following ip crossed out.*

^b *Sic: pro admenare.*

terga, et hoc probare vult per Dominicam, uxor Bernardi de Bonaldo, Helena, uxor Stefani Hospirali, et Meneginum.

[Testimony 1:]

Die XXIII setembris.

Domina Zesana, testis nominata ut superius et examinata in cancellaria coram ser Andrea quondam ser Antonii zudice, sibi prius lecta dicta querella ad sui plenam intelligentiam, que suo sacramento testificando dixit se nil aliud scire, nisi quod^c die ut superius, dum esset in curia sua prope stallam, audivit romorem quos superscripti fatiebant^d, sed non vidit aliquid, excepto quod vidit dictum Blaxium iterum redeuntem, qui hebat^e unum lapidem pro manu et eius uxor ivit contra ipsum et sibi dixit: “Peto tibi misericordiam quod proicas extra istos lapides!” Et sic proiecit. Et aliter dixit nescire de predictis.

[Testimony 2:]

Die dicta.

Meneginus, testis nominatus ut superius, qui suo sacramento testificando in cancellaria ut superius, dixit se nil aliud scire, nisi quod eando die superscripto, dictus Blaxius – aliquantulum tinctus a vino – dixit Urse uxor Pasqualis: “Tu vir^f portat sutellares et fingat, habeat enim certos sutellares quos dicebant habuisse quando secuti fuerunt^g servi qui fuguerunt ex Rubino^h a certis chatellanis.” Et sic crescentibus verbis, ecce quod dicta Ursa et Pasqualus ceperunt ipsum et proicierunt in terram. Et supervenit etiam partis dicte Urse, qui volebat destramezare. Et sic tenebant ipsum culcatum in terra et erant sic ad manus et destricati. Viditⁱ quod dictus Blaxius inventi unum lignum et admenavit versus dictam Ursam et non tetigit. Aliter dixit se nescire de predictis.

[Podestà’s verdict:]

^c The following q crossed out.

^d The following et crossed out.

^e Sic: pro habebat; an abbreviation sign was probably forgotten.

^f The following oti crossed out.

^g Sic: pro fuerunt; an abbreviation sign was probably forgotten.

^h The following ex crossed out.

ⁱ Sic: pro viderunt.

Pasqualem de Sano, Ursam eius uxorem et Blaxium Pasqualini, contra quos processum est per nos et curiam nostram in eo, de eo, et super eo quod ad notiziam nostram pervenit per querellam et lamentationem coram nobis factam per dictam Ursam et dictum Blaxium, quod hac anno de mense madii, diebus et locis in dicta querella contentis, ipse Blaxius esset ante hostium Bastiani Sclavi et diceret Pasquali quid solveret certas sutellares quos acceperint dum sequerentur certos servos chatellanorum, et negando velle^j solvere, ceperunt certa verba simul, tunc dicta Ursa et dictus Pasqualis ceperunt dictum Blaxium Pasqualinum et trahebant ipsum per capillos, tenendo eum conculcatum in terra, et tandem fuerunt separati, et^k hec in actis curie nostre latus continetur per legitimam testificationem super hoc habitam, unde nos potestas antedictus, vellentes^l dare exemplum ceteris mulieribus quod non debeant nec audeant se altrecare nec facere rixam, que sunt causa maximi mali, maxe cum hominibus, et etiam uidentes dare exemplum dicto Pasquali et ceteris quod non sint ausi auxilio^m uxorum suarum fecere, quoque tamen declinantes ad misericordiam, dictam Ursam in libris duabus et dictum Pasqualem in libris duabusⁿ, dandis et solvendis ut superius^o, sententialiter condenamus.

<1435^p prefatus dominus Donatus Donato a Paschale et ab Ursa eius uxore pro suis condenationis factis tempore domini Laurentii Zane olim potestatatis Rubini libris IIII.>^q

Case 3: Nicholas Mozal vs. Iuri Sabac

Poreč, September of 1445.

Source: *Acta potestatis Parentii*, fol. 272v (accusation and the testimonies of witnesses as the accused did not present his defense), 294r (podestà's verdict).

[Accusation:]

Die XXV mensis septembris.

^j *Inserted and written above the line.*

^k *The following quia dictus crossed out.*

^l *Corrected from vellens.*

^m *The following mu crossed out.*

ⁿ *The same phrase is repeated: Ursam predictam in libris duabus, libris II, et Pasqualem eius virum in libris II, but is not rendered in this edition.*

^o *Refers to a prior sentence: dandis et solvendis canipario Communis Rubini. Acta potestatis Rubini, fol. 65r.*

^p *Corrected from 1434.*

^q *Written on the left margin by a different hand, surely by the podestà Donato himself.*

Iurius Sobaç cum denuntia accusat Nicolaum Mozal eo quod dum iret ad domum ser Dominici quondam Andree de Firmo causa ipsum alloquendi^a, ipso instanti supervenit ipse Nicolaus egregiando de domo habitationis Alegreti Zoncho, dicendo predicto Iurio^b: “Me vo tu rezever?!” Admenavit et^c cum pugno ipsum Iurium percussit in facie^d a latere sinistro maximo dolore. Quare petit ipsum de tali delicto puniri. Et dat in testes Marchus de Facina et Paulus Barbare.

<Condenatus in libris tribus parvorum>^e

[Testimony 1:]

Headem hora.

Matheus predictus, testis^f constitutus coram domino potestate in palatio Comunis Parentii et per ipsum examinatus suo sacramento quid scit de contentis in dicta^g accusa ei vulgari sermone prelecta, dixit verum esse quod vidit <et audivit>^h quod predictus Iurius dicebat: “Io ho dito in falò che io voio denari da Domenegoⁱ d’Andrea da Fermo. El non he vero. Io voio denari da Nicolo Mozal.” Qui Nicholaus erat super balchione domus habitationis Alegreti Zanco, audiens hec verba, descendit et exivit de domo, dicendo: “Me votu rezever?!” Et admenavit et ipsum percussit una alapa in facie a latere sinistro ita quod capelus^j cecidit de capite. Et volebat admenare, capiando de lapidibus si non fuissent mediatores. Et aliud dixit nescire.^k

[Testimony 2:]

Ipsi instanti.

^a The following e crossed out.

^b The following vig crossed out.

^c The following cupa crossed out.

^d The following ab crossed out.

^e Written on the left margin next to this block of text. This fine does not concur with the one stated in the official sentences (see the podestà’s verdict below). However, the podestà’s verdict is promulgated due to Nicholas’ refusal to pay his debts to the communal tax collector, not due to his attack on Iurius. Thus, it is possible that the original fine of three pounds was augmented to five in the meantime due to Nicholas’ refusal to settle his debts towards the commune.

^f Written above the line.

^g The following et crossed out.

^h et audivit inserted and written on the left margin.

ⁱ The following s crossed out.

^j The following cedi crossed out.

^k Testificatio written on the left margin next to this block of text.

Paulus de Sagabria, testis nominatus ut superius et examinatus per dominum potestatem Parentii in palatio¹ Comunis quid scit de contentis in dicta accusa ei vulgariter lecta, qui suo sacramento testificando dixit quod vidit Iurium predictum entem prope domum ser Dominici predicti. Et iste Nicolaus egressus fuit de domo habitationis Alegreti Zanco et dixit: “Me votu rezever?” Et admenavit cum pugno percutiens eum in facie a latere sinistro, ita quod capelus cecidit de ipsius capite. Deinde capiebat de lapidibus et ipse testis tramezavit, qui ivit domum, accipiens lanceam auffugit. Et aliud dixit non fuisse.

[Podestà’s verdict:]

Nicolaum Mozal, contra quem processum est per viam inquisitionis contra eum formata^m, quod cum dictus Nicolaus esset debitor daciarii Comunis pro vino ad spinamⁿ venduto, et preciperemus quod solvere deberet, qui Nicolaus, nullo habito respectu, fugam arripuit; et proclamatus ad comparendum, comparere noluit, in libris quinque parvorum in his scriptis sententialiter condenamus.

Case 4: Julian de Sisto vs. Preto Peio and Andrew de Pizol.

Poreč, August of 1446.

Source: *Acta potestatis Parentii*, fol. 269v (accusation, defense and the testimonies of witnesses), fol. 298r (podestà’s verdict).

[Accusation:]

Die XXIII^{or} predicti [mensis augusti].

Iulianus de Sisto cum denuntia accusat Pretum Peio et Andream de Pizol in eo quod dum die dominico proxime exacto ivisset ad vineam suam in Pizal, eo quod sibi dictum fuerat damnum fuisse datum in ea in auferendo de buis^a, et in reversione iuravit prenominatis, que ei dixerunt: “Te xe fato damno!” Que respondit quod sic ipsi dixerunt: “Vate fa pagar da qualloro che te la fato!” Et dicendo dictus Iulianus: “Chi eli?” Responderunt ipsi: “Queli che tu paga livia^b a fato sto

¹ *The following ac crossed out.*

^m *Written as formatam with the final m crossed over.*

ⁿ *Written as sipana with i and the first a crossed out and an i added above the line between p and a.*

^a *Sic: from Ven. “buiol”.*

^b *Sic: from Ven. “livello” as in lease?*

damno.” Et habentibus aliis verbis simul, dictus Iulianus proiecerit ad pontem, et alloquentur ser Antonium Mochorii de dicto damno. Andreas primo cum giavarina movit se tendentis – irato animo – versus dictum Iulianum. Tunc dictus ser Antonius et Almericus de Gurano, videntes eum sic venientem et iniuriantem dicto Iuliano, tenuerunt. Supervenit Pretus cum gavarina dicere habuit multa verba, et respondere Dominico de Luter: “Mio cugna a abudo damno! Ancora lo vole bater?!” Et ipse Pretus, nullo habito respectu, cum trunco gavarine admenavit et iunxit dictum Dominicum super speltum. Postea cum punctis gavarinarum ostendebant eis per^c modum quod oportuit eis retrocedere. Et si non fuissent tramezatores eos interfecisset. Dat in testes ser Antonium Mochorii, Almericum Gorani, Leonardus de Ursario.

<Condenati in libris tribus pro qualibet.>

[Testimony 1:]

[Ser Antonius Mochorii] constitutus personaliter in cancellaria comunis et examinatus dixit quod vidit eos rixantes, et dicti^d Pretus et Andreas cum punctis gliavarinis conpulebant Iulianum et dictum eius cognatum retrahere inter punctis, et se retrocedebant^e reparantes.

[Testimony 2:]

[Almericus Gorani] constitutus in cancellaria comunis et examinatus dixit quod dum esset super pontem, dictus Iulianus veniebat de extra, et dicti Preto et Andreas ibant extra, et Iulianus dicebat de damno fato in vinea sua, et Pretus respondit: “Le paga lua a sto manegoldo e se lamenta.” Tunc se movit Andreas cum gliavarina rediens ad pontem, et elevata gliavarina fecit asmantiam dicto Iuliano, et Iulianus prendit sibi punctum gliavaraine, et superveniens Pretus cum gliavarina voluit admenare Dominico de Luter, et econverso, et sic fuerunt tramezati.

[Defense 1:]

Pretus Peio, constitutus ad faciendum suam defensionem a contentis in dicta querela, negat. Sed quod dictus Iulianus eum agressus fuit super molum, et cum pugno sibi admenavit, sed non iunxit,

^c *The following no crossed out.*

^d *The following Iuliani crossed out.*

^e *The following defenderi crossed out.*

dicendo: “Tu menti per la gola che tu ebi trova nessun! E voio che tu me pagi al despeto de chi t’a messo in questo offitio!” Dat testes Marcum ser Ambrosii, ser Coradinum et Andronicum.

[Testimony 3:]

[Marus ser Ambrosii] constitutus dixit nil aliud scire, excepto quod bene habeant verba simul^f non inhonesta, et rationabant de damno facto dicto Iuliano, et non vidit fieri aliquam asmantiam per dictum Iulianum.

[Testimony 4:]

[Andronicus] sacramentatus et examinatus dixit non recordari^g aliquid de predictis.

[Testimony 5:]

Leonardus de Orsario testes examinatus dixit quod dum Iulianus de Sisto veniret de extra et esset super pontem, et conquereretur de damno facto in eius vinea, et euntes extra dicti Pretus et Andreas redierunt habentes gliavarinam ad pontem versus Iulianum et Dominicum de Luter eius cognatum, et cum punctis gliavarine ceperunt admenare, qui se defendebant, et tramazati fuerunt per modum quod non se offenderunt.

[Podesta’s verdict:]

Pretum Peio et Leonardum del Picol, contra quos et quemlibet ipsorum per curiam nostram processum est per accusam factam per Iulianum de Sisto, quod de mense augusti elapsi admenaverant de gliavarinis dicto Iuliano et Dominico de Luter eius cognato super pontem civitatis, per modum quod fuit coactus retrocedere, et – non contenti predictis – iniuriati fuerint dicto Iuliano verbis turpis et inhonestis, ut de predictis nobis constat per^h testes superinde examinatos, ut in actis curie continetur, comitendo predicta contra formam iuris et statutorum comunis, peccantes citius in misericordia quam in crudelitate, predictos Pretum et Andream in

^f *The following et crossed out.*

^g *Zhe following nec al crossed out.*

^h *The following cont crossed out.*

libris tribus parvorumⁱ per quolibet^j, dandis et solvendis Comuni, in his scriptis sententialiter condemnamus.

Case 5: Thero de Maure vs. Marinus de Vermo

Rovinj, January of 1433.

Source: *Acta potestatis Rubini*, fol. 57v (accusation and defense, no witnesses were questioned), fol. 62r (podestà's verdict).

[Accusation:]

MCCCCXXXIII, indictione XI^a, die XXVIII ianuarii.

In cancellaria Comunis^a, presente ser Nicholao iudice, comparuit Marinus de Vermo et cum querella exposuit quod hodie, dum esset in contrata Rubini in laco Altede et paculabat peccudes, ibi erat Therus Maure qui pascebat certa animalia bovina, cui dixit dictus Marinus: “Conduc vachas ex parte ut transeam cum peccudibus ne^b occidant peccudes.” Et ivit ad illas vachas dictus Marinus et expulit eas ex parte, ut transirent peccudes. Tunc dictus Therus venit et expulit vachas illas infra peccudes et dixit: “Chagasango perche chanta via le mie vache!” Respondit ego: “Volebam transire cum peccudes et expulere illas dummodo transiret.” Et iter ceperit iniuriari ei, dicendo quod erat unus latro et multas iniurias. Respondit dictus Martinus: “Non est verum quod sum latro, sed tu bene esses!” Et tunc cepit aliquos lapides et dedit de uno in spatulla, 2^o in pectore et in crure^c con effusione sanguinis, et in capite prope auricullam sinistram^d cum sanguinis effusione. Quare petit predictum condenari. Interrogatus de testibus respondit neminem ibi esse nisi Antonius filius Thome Mauri qui ibi erat cum dictis animalibus.

[Defense:]

Die X^o martii.

Therus suprascriptus comparuit in cancellaria de mandato prefati domini potestatis ad faciendum excusationem suam de contentis in superscripta querella in termino sibi dato, cui lecta prius dicta

ⁱ parvorum *repeated again*.

^j *The following in crossed out*.

^a *The following dicti coram crossed out*.

^b *The following fa crossed out*.

^c *The following et crossed out*.

^d *The following q crossed out*.

querella ad suam plenam intelligentiam, qui dixit verum esse quod tempore suprascripta ubi super pasculabat animalia sua et ibi venit dictus Marinus cum pecudibus et cepit expellere vachas suas, cui dictus Theris dixit: “Qualiter^e voluis mea animalia?” Qui Marinus respondit: Vate a nega!” Et stando sic iterum cepit voluere ea ex alio latere. Tunc dixit dictus Therus: “Dimitte in nomine diapoli!” Et respondit dictus Marinus: “Lodrio^f!” Et multum cepit blasphemari, dicens: “Nisi taceas, dabo tibi de isto bacullo^g!” Et cepit unum lapidem et dedit sibi in flanco sinistro cum maxima inflatura et, videns his, dictus Therus accepit aliquos lapides ex furia et percussit predictum,^h quare petiit misericordiam et cetera.

[Podestà’s verdict]

Therus de Maure, contra quem processum est per nos et curiam nostram in eo, de eo et super eo quod ad notitiam nostram pervenit ex querella contra ipsum factam per Marinum de Vermo, quod dum de presenti millesimo, die vero XXVIII ianuarii, dictus Marinus pascendo pecudes in contrata que dicitur Alteda in districtu Rubinii, ibi erat Therus suprascriptus qui pascebat certas vachas, et ex certis verbis habitis cum dicto Marino occasione certorum animalium dicti Theri, que expellunt dictus Marinus donec pecudes transiret, dictus Therus – furia ductus – cum certis lapidibus percussit dictum Marinum in capite retro auricullam a latere sinistro cum sanguinis effusione cum discupertura ossi, de quo ictu – secundum relationem magistri Chatarini – fuit in periculo [mortis], et percussit eum in crure sinistra cum uno lapide, de quibus omnibus constant nobis et curie nostre vera esse et fuisse per confessionem dicti Theri in iudicio factam et alliis evidentiis, ut in actis curie nostre latius continetur,

idcirco nos potestas antedictus, considerans maximam presumptionem dicti Theri qui ita furiosse et turpiter percussit predictum, ex quo fuit in maximo periculo, qui mereretur maximam punitionem, sed considerans pauperitatem ipsius, volentes citius peccare in misericordia quam in crudelitate, sed tantum ut sit sibi unaⁱ alio vice exemplum et ne se valeat gloriari de dedicto^j excessu, et^k ut

^e *The following no crossed out.*

^f *Sic: pro ludro. Cf. Antonio Pellizzer and Giovanni Pellizzer, Vocabolario del dialetto di Rovigno d'Istria, Collana degli Atti 10, Rovinj: Centro di ricerche storiche di Rovigno, 1992, 535, s.v. “loudro.”*

^g *The following sup crossed out.*

^h *The following qd crossed out.*

ⁱ *The following v crossed out.*

^j *Sic.*

^k *The following et crossed out.*

eius pena transeat in exemplum ceteris, dictum Therum in libris decem parvorum¹ sententialiter condenamus.

Case 6: George the drapper vs. George Rubeus

Buzet, April of 1459.

Source: *Acta potestatis Pinguenti 1*, fol. 139r (accusation, defense, and a testimony of a witness); *Acta potestatis Pinguenti 2*, fol. 194v (podestà’s verdict).

[Accusation:]

Dominus Iesus. 1459, die primo aprilis.

Magister Georgius Rubeus, callegarius de Pinguento, constitutus in cancellaria Pinguenti cum maxima querella et lamentatione accusaverit Georgium textorem de Pinguento in eo, de eo, et super eo quod dum fuisset iuxta domum Tonse Drasich, in qua domo tenetur taberna, venit dictus Georgius, qui dixit dicto magistro Georgio: “Da michi meum bochale!” Qui magister Georgius respondit: “Non est tuus!” Nullis aliis verbis secutis, admenavit cum pugnibus ter super faciem dicti querellantis. Postquam exivit de dicta taberna, dictus Georgius traxit unum gladium parvum versus dictum magistrum Georgium. Petit et cetera.

Et hec omnia probare intendit per Urbanum Rosanam, famulum Gregorii textoris, [et] per Andream cerdonem, famulum magistri Iohannis Petrovich.^a

<Sia asolto el deto Greguol tesador et mastro Zorzi condenato in le spexe.>

[Defense:]

Die XII augusti.

Gregorius textor, filius quondam ser Iohannis de Pinguento, constitutus in cancellaria pro sua deponenda deffensione contra unam accusam factam per magistrum Georgorium Rubeum callegarium. Qui Gregorius pro sua deffensione dixit verum esse quod dum fuisset in domum Tonse Drasich, in qua tenebatur taberna, et ibi sederet cum pluribus personis et biberet, cepit dicere dicto magistro Georgio Rubeo, qui habebat unum bochalem in manibus: “Da michi illud bochale quia est meum!” Qui respondit: “Non est tuum! Tu menti per la gola!” Et sic dictus magister

¹ in libris decem parvorum *repeated again, but omitted in this edition.*

^a Querella magistri Gregorii Rubeis callegarii *written on the upper left margin of the folio next to this block of text.*

Georgius extraxit dictum bochale versus dictum Gregorius. Et sic exeundi de dicta domo, adhuc cepit gladium in manibus et extraxit versus dictum Gregorium textorem.^b

[Testimony 1:]

Die 28 octobris.

Urbanum Rosanam, famulus magistri Andree, constitutus in cancellaria, testis productus et allegatus per magistrum Georgium Rubeus callegarium de Pinguento, interrogatus, iuratus, et examinatus quid scit de contentis in dicta accusa, qui suo sacramento deposuit dictus testis hoc tantum scire, videlicet, quod ipse non vidit ipsos altercantes nec iniuriam inferentes uni alteri quia ipse non adderat. Nil aliud deposuit pro sua testificatione.^c

[Podestà's verdict:]

Gregorium textorem, filium quondam magistri Iohannis de Pinguento, contra quem processum fuit et est per nos et curiam nostram vigore unius accuse facte per magistrum Georgium Rubeum callegarium in eo, de eo, et super eo quod del 1459, die primo aprilis, fuisset dictus Gregorius iuxta domum Tonse Drasich, in qua domo tenebatur taberna, venit dictus Gregorius, qui dixit dicto magistro Georgio Rubeo: “Da michi meum bochale!” Qui dictus magister Georgorius respondit dicto Gregorio: “Non est tuum!” Nullis aliis verbis secutis, dictus Gregorius textor admenavit ter super fatiem dicti querellantes, postea exeuntes de dicta taberna, dicto Gregorio traxit unum gladium parvum versus dictum magistrum Georgium Rubeum, unde visa acusa visaque deffensione et dicta testium, prout in actis evidenter apparet, absolvimus et absolutum esse volumus dictum Gregorium textorem eo quia dictus magister Georgius Rubeus obtullit se velle probare et nichil probavit. Ipsumque magistrum Georgium Rubeum in expensis scripturarum condemnamus, et cetera.

Case 7: Martin from Ljubljana vs. Stephan Bresanus

Novigrad, July of 1492.

Source: *Acta potestatis Emonie*, fol. 691v (accusation and defense, no witnesses were interrogated and the verdict is only summarily scribbled on the left margin).

^b Deffensio written on left margin next to this block of text.

^c Testificatio written on left margin next to this block of text.

[Accusation:]

Die octavo iulii predictis [millesimo].

Martinus de Lubiana habitator [Emonie] condam ser Iurco Vusani comparens officio camere denuntians accusavit Stefanum Bresanum fratrem domini Presonei Marchei, quia dum esset in taberna Marchei Gingaro, ipse Martinus ei emisset vinum pro uno soldo. Supervenit idem accusatus et voluit bibere vinum dicti Martini, qui habuit dicere: “Lassa star el me vin che l’ho compra per mi!” Illico ipse Stephanus accepto anse cum vino in quo erat^a, et proiecit ipsum in ipsum Martinum, quem percussit in personam in dolore et cetera, quare petit contra ipso procedi et cetera.

<Condenatus Stefuanus in libris duabus dandis et in expensis.>

[Defense:]

Die XII superscripti mensis.

Comparuit officio cancelarie Stefanus superius accusatus, qui deffendendo se a contentis in supracripta accusatione negavit narata prout narantur vera esse, et petita prout petuntur fieri deberet, sed verum est quod dum esset in taberna ipse Stefanus Marchei Gingeri, ubi aderat dictus Martinus de Lubiana, idem Stefanus habuit dicere: “Fane un poco in la cum quel bocal.” Et ipse Martinus – veritus ne acciperet ipsum bochale – posuit manum super ipso et assidit vinum super caligis scarlati^b dicti Gasparis^c, qui habuit dicere: “Poltron! Non te vergognetu!?” Et cum manu aperta dedit ipsi in fatie et ipsum retro subiunxit sine aliquo impedimento. Quapropter, constantibus predictis, petit absolvi et accusatorem in expensis condemnari.

Case 8: Gregory of Roč vs. Pause Trascanovich

Buzet, July of 1461.

Source: *Acta potestatis Pinguenti 1*, fol. 167v–168r (accusation, defense and the testimonies of witnesses), *Acta potestatis Pinguenti 2*, fol. 2v (podestà’s verdict).

^a *Sic; it should have probably been* accepto anse in quo erat vino *or simply* accepto anse cum vino.

^b *Sic: caligis scarlatis ?*

^c *Sic: most probably a mistake as there is no mention of any Gasparus in the text; it should probably have been Stephanus as this would make much more sense.*

[Accusation:]

Die 12 iulii.

Gregorius de Rozio callegarius, nepos magistri Michse Prevenarich, constitutus in cancellaria querellanter accusavit magistrum Paulum Trascanovich carpentarium de Pinguento in eo, de eo et super eo quod dum fuisset in domo Simonis Slamnich a parte^a inferiori, in qua domo vendebatur vinum, et luderet ad cartas pro denariis con dicto magistro Paulo et con Valente Persimonich callegario, et sic ludendo volebat trahere ad se postam, quia vicerat et valent acciperat postam^b ad se, et magister Paulus – nullis aliis verbis – admenavit con pugno super fatiem et cum pedibus super persona ipsius querellantis. Quare petit et cetera, et sibi probare intendit per Laurentium Trampus, Primus Pengarich, Valente Persimonich callegarium.^c

[Defense:]

Die primo novembris.

Magister Pause Trascanovich, carpentarius de Pinguento, constitutus in canzellaria pro sua deponenda deffensione contra unam accusam factam per Gregorium de Rozio callegarium, lecta de verbo ad verbum dicta accusa dicti magistri Pause ad ipsius intelligentiam, qui magister Pause dixit verum fuisse quod dum die et hora contentis in querella esset in domo Simonis Slamnich et luderet ad cartas con dicto querellante et con Valente Persimonich. Et sic ludentes, dictus magister Pause et Gregorius cerdo erant in ludo paros, et Gregorius volebat trahere denarios ad se, et magister Pause nollebat, quia ambo erant in uno et eodem perito. Et Gregorius pur volebat ad se trahere denarios. Et sedendo super quoddam scampnum surexit et cepit magistrum Pause per capillos et proiccerat ipsum in terram. Dicens in sua deffensione non dedisse dicto Gregorio nec sibi nocuisse in aliquo. Nil aliud deposuit pro sua deffensione.^d

<Siano condenati li dicti mastro Pause e Greguol in lire 3 per chadauno.>

[Testimony 1:]

Die 18 ianuarii.

^a *Written above the line.*

^b *The following magister et magister Paulus crossed out.*

^c *Querella Gregorii cerdonis contra magistrum Paulum Trascanovich carpentarium written on the left margin next to this block of text.*

^d *Defensio magistri Pause Trascanovich written on the left margin next to this block of text.*

Petrus Pangarich de Pinguento, testes allegatus per Gregorium de Rozio callegarium in quadam acusa factam^e contra magistrum Paulum Trascanovich, interogatus, iuratus et examinatus quid scit de contentis in dicta acusa, qui testes dixit se tantum scire. Videlicet, dum die contento in acusa fuisset in domo Simonis Slamnich, vidit magistrum Paulum et Gregorium ludentes ad cartas et vicisim facientes verba et trahebant se per capillos. Nil aliud vidit nec nescit.^f

[Testimony 2:]

Die 22 dicti mensis.

Valens Persimonich callegarius, civis et habitator Pinguenti, testes productus et allegatus in acusa Gregorii de Rocio facta contra magistrum Paulum Trascanovich et cetera, interogatus et cum debito sacramento^g examinatus quid scit de contentis in dicta acusa, presente spectabile domino Nicolao Ferro vicepotestate, me cancellario presente, testificando dixit hoc scire. Videlicet, dum esset in canippa domus Simonis Slamica vendentis vinum ad tabernam, et luderet ad cartas pro denariis con dictis Gregorio et magistro Paulo. Et sic ludentibus^h Gregorius volebat ad se trahere denarios qui erant super ludum. Et magister Paulus hoc videns surrexit de quodam scampno super quod sedebat et admenavit cum manu in pectore dicti Gregorii. Et Gregorius cepit magistrum Paulum per capillos et magister Paulus e converso cepit dictum Gregorium. Et ambo se trahebant hinc inde. Finaliter, dictus magister Pause – non contentus de eo quod extraherat dictum Gregorium per capillos – capit admenare cum pugillis super personam dicti Gregorii. Nil aliud dixit scire.ⁱ

[Testimony 3:]

Die XXI martii.

Ser Laurentius Margonich de Pinguento, testes productus et cetera, interogatus, iuratus et examinatus per spectabilem dominum Nicolaum Ferro vicepotestatem, me cancellario presente, quid scit de contentis in dicta querella et cetera, dixit se^j nil aliud scire de ludo, sed solummodo

^e *The following per is crossed out.*

^f *Testificatio written on the left margin next to this block of text.*

^g *The following interogatus crossed out.*

^h *The following magister Paulus Trascanovich crossed out.*

ⁱ *Testificatio written on the left margin next to this block of text.*

^j *The following h crossed out.*

vidit magistrum Gregorium callegarium sanguinatum in fatie, et vidit magistrum Paulum Trscanovich dare con pedibus in flanchis dicto Gregorio. Nil aliud dixit scire.^k

[Podestà's verdict:]

Magistrum Paulum Trescanovich carpentarium de Pinguento, contra quem processum fuit et est per nos et curiam nostram vigore unius querelle facte per Gregorium callegarium de Rozio nepotem magistri Michse Prevenarich in eo, de eo et super eo quod dum fuisset in domo Simonis Slamicha a parte inferiori, in qua domo vendebatur vinum, et luderet ad cartas pro denariis con dicto magistro Paulo et cum Valentino Persimonich callegario, et sic ludentes volebat ad se dictus Gregorius trahere unam postam, quia vicerat et valens atrahit postam ad se, et magistrum Paulus – nullis habitis verbis – admenavit con pugillo super fatiem et con pedibus super persona ipsius Gregorii querellantis, que omnia nobis nostroque iudicio constant esse vera et verissima, prout apparet in actis nostris cancellarie,

ideo nos potestas, sedentes ut supra^l, sequentes et sequi vollentes formam iuris et iusticie, et nollentes quod dictus magister Paulus audeat se in futurum de hoc vanagloriari, sed pena ipsius aliis sit documentum, peccantes pocius in misericordia quam in crudelitate, magistrum Paulum predictum in libris tribus parvorum, dandis et solvendis nostro Comuni Veneciarum, in hiis scriptis sententialiter condenamus et in expensis scriptuarum. Item Gregorium callegarium nepotem magistri Michse Prevenarich in libris tribus parvorum, dandis et solvendis nostro Comuni Veneciarum, in hiis scriptis sententialiter condenamus, et hoc quia dictus Gregorius trahebat se per capillos con dicto magistro Paulo.

<A di 20 maio 1462 rezivi da mastro Paulo lire 3. A di dicto rezivi mi Simon Ferro da Greguol callegaro per la sea condenasion lire 3.>^m

Case 9: Nicholas of Philip vs. Bastian the Slav

Rovinj, March of 1433.

Source: *Acta potestatis Rubini*, fol. 59v (accusation and defense), 62v (podestà's verdict).

^k Testificatio written on the left margin next to this block of text.

^l [S]ub logia comunis ad solitum banchum mallifficiorum ubi similes condenationes proferuntur et publicantur, vocata pupuli multitudine ad sonum campane ac vocem preconis ut moris est in oppido Pinguenti. *Acta potestatis Pinguenti* 2, fol. 14r.

^m Written by a different hand, surely by Simone Ferro himself.

[Denunciation:]

Die V^o martii.

Coram prefato domino potestate comparuit magister Chatarinus barbitonsor, dicens se mederi fuisse Bastiano Selavo una percussione super oculum sinistrum cum fractura ossi, de qua dubitat de oculo.

[Podestà's interrogation:]

Prefatus dominus potestas, audiens hoc^a, vigore sue liberatis misit^b me notario et cancellario suum, una cum ser Nicholao quondam ser Andree, ad dictum percussum, quem interrogatum fuit a quo et quomodo percussus fuit et de nomine suo. Qui primo respondit vocatur Bastianus et^c quod fuit percussus in hunc modum: quod heri sero, dum esset in taberna Martini de Voldrich et luderet pro vino una cum Nicolao Philipi et amisit tres bocias vini, quas fecit auriri, deinde lucravit unam boziam vini a dicto Nicolao, et dum^d dixisset dicto Nicolao: “Far portari tuam bociam vini!” Ille – nullo habito respecto – accepit unum lapidem et percussit eum desuper occullum a parte sinistra cum sanguinis effusione. Quare petiit predictum condenari et ceterea. Interrogatus de testibus, respondit quod ibi erant Andreolus Iohannis, Zacosus de Valle, et Nicolaus Michael.

[Proclamation:]

Die XV martii.

Presentibus ser Andrea quondam ser Antonii et magistro Lionze et alliis pluribus. Nicholaus preco retulit michi notario infrascripto se de mandato prefati domini potestatis exclamasse in platea Trebli, loco consueto, qualiter Nichoalus Philipi inculpatus in percussione suprascripti Bastiani compare debeat ad faciendum suam excusationem de contentis in suprascripta querella usque ad dies tres proximos pro primo, 2^o et 3^o peremptario termino, alteri non comparente, procedetur contra ipsum, absentia sua non obstante.

[Defense:]

^a *The following timens crossed out.*

^b *The following s crossed out.*

^c *The following que crossed out.*

^d *The following des crossed out.*

Die XVI martii.

Nicholaus Philipi, citatus ut superius, comparuit ad faciendum excusationem suam de contentis in suprascripta querella prius sibi lecta ad eius plenam intelligentiam, que excusans dixit quod die suprascripta, dum Bastianus et ipse amisissent unam boziam vini pro quoque, ludit cum dicto Bastiano, quis deberet solvere ambas, qui Bastianus amissit. Et dum vellet quod solveret, dictus Bastianus dixit: “Non porave far la putana che tese quod solvam!” Et posuit manum ad gladium. Et videns dictus Nicolaus quod bis extraxerat gladium et finaliter veniebat ad eum cum dicto gladio, posuit manum^e ad unum lapidem et percussit predictum. Quare petiit misericordiam.

[Testimony 1:]

Die XVIII martii.

Andreolus Iohannis, testis productus ut superius, lecta sibi prius dicta querella ad eius plenam intelligentiam, suo sacramento affirmavit quod erat ubi suprascripti ludebant pro vino, sed nescit quomodo inceperunt, nisi quod amisserant duas bozias vini pro quoque, quas non solverunt. Et sic venerunt ad verba. Et respexit et vidit quod dictus Bastianus habebat unum cutellum in manu et dicebat: “Se Dio me aidi, dabo tibi de dicto cutello in ventre!” Et etiam dictus Nicholaus accepit unum lapidem et percussit ipsum. Et aliter nescit.

[Testimony 2:]

Die XVIII martii.

Iacopus de Valle, testis nominatus ut superius, examinatus super querella superscripta, qui suo sacramento dixit nil aliud scire^f, nisi quod erat ubi predicti ludebant pro vino, et Bastianus amisserat unam bociam vini et Nicholaus unam. Et quia primo dictus Bastianus amisserat, dixit dictus Nicolaus: “Fac venire tuam boziam vini!” Et illum respondit: “Fac tu tuam!” Dixit Nicholaus: “Tu primo amisisti!” Dixit [Bastianus]: “Ego bene solvi.” Et illa vice Nicholaus accepit unum bochialem et dixit: “Accipe! Vade acceptum illo!” [Bastianus] respondit: “Nollo!” Tunc dictus Nicholaus dixit: “Que darte de sto bochal sul chavo!” Respondit dictus Bastianus: “Dabo forsam de gladio tibi in corpore!” Sed non vidit si extraxit gladium ex vagina, quia erat retro eum. Et tunc Nicholaus, accepto uno lapide, percussit eum ubi super. Et aliter dixit nescire de predictis.

^e *The following et a crossed out.*

^f *A minim follows that is crossed out.*

[Podestà’s verdict:]

Nicolaum Philipi^g et Bastianum Sclavum, contra quos processum est per nos et curiam nostram per modum inquisitionis in eo, de eo, et super eo quod ad aures nostros^h pervenit ex relationeⁱ coram nobis facta per magistrum Chatarinum barbitonsorem, qui nobis retulit se mederi fuisse dictum Bastianum una percussione super ocellum sinistrum cum fractura ossi, ad quem percussum missimus cancellarium nostrum ad audiendum eius dictum, unde audito dicto dicti Bastiani et deffensione dicti Nicholai, habitis legitimis attestacionibus super his, ex quibus habuimus re sic transisse: quod dum dictus Nicholaus luderet pro vino cum dicto Bastiano, amisserunt ambo certas bocias vini, et dum dictus Nicholaus vellet ut dictus Bastianus solveret, primo accepit unum bochiale et dixit: “Vade pro tua bocia vini!” Qui respondit: “Nollo!” Tunc dixit dictus Nicholaus: “Que dar te del bochal sul cavo!” Tunc evaginavit dictus^j Bastianus^k unum cultellum et^l dixit: “Si Deus adiuvat me, dabo tibi de gladio in ventre!” Tunc Nicholaus, accepto uno lapide, percussit^m cum dicto lapide, unde nos potestas antedictus dictum Nicolaum, qui taliter vulneravit dictum Bastianum ita periculosse, et habito etiam quod dictus Bastianus fuit principalem causam litis, et vellens dare exemplum pro una alia vice, declinantes potius ad misericordiam quam ad crudelitatem, considerantesⁿ pauperitatem ipsorum, predictum Nicholaum quondam Philipi in libris X parvorum et Bastianum Sclavum in libris quatuor parvorum, dandis et solvendis Comuni Rubini, sententialiter condenamus.^o

Case 10: Jacob from Senj vs. Simon de Iuanci

Poreč, June of 1445.

Source: *Acta potestatis Parentii*, fol. 243r (accusation and defense, no witnesses were interrogated), fol. 292r (podestà’s verdict).

^g The name is crossed out and next to it on the left margin stands solvit; thus he paid his fine.

^h The following pne crossed out.

ⁱ Originally written with an abbreviation sign over the last syllable that was subsequently crossed out.

^j Originally written with an abbreviation sign over the word that was subsequently crossed out.

^k Originally written with an abbreviation sign over the word that was subsequently crossed out.

^l The following cepit crossed out.

^m The following cum botched by an ink spill.

ⁿ The following per crossed out.

^o Both names and their fines are crossed out and the word solvit is written next to Nicholas’ name on the left margin, and the words solvit libris duas, item solvit libris duas are written next to Bastian’s name.

[Accusation:]

Die tertio iunii.

Iacobus de Segna quondam Marci, habitator Parentii, iacens in pavimento sue habitationis, in presentia ser Marci de Ripaldis iudicis, con querela accusat Simonem dictum de Iuanci brigenton, habitatorem Parentii, eo quod dum heri sero hora tertia noctis luderet in domo eiusdem conquerentis una cum dicto Simone primo pro denariis postea pro vino ad taxillos et cenassent simul, et ludendo dictus Simon volebat rappe dicto Iacobo soldos duos contra eius voluntatem. Et sic venerunt ad verba per modum quod dictus Simon – ira motus – evaginavit gladium a pane, et nullo habito respectu, admenavit et iunxit dictum Iacobum subtus gulam a parte sinistra de puncta cum maximo ulcere et sanguinis effusione. De presentibus dixit quod non erat aliquis preter uxorem suam Malgaritam.^a

[Defense:]

Constituti ambo in cancellaria confessi fuerunt ad invicem se percuisse quia erant ebrii.

[Podestà's verdict:]

Iacobum Tocher de Segna et Simonem dictum De Ivanci, contra quos et quemlibet ipsorum processum fuit [et] est per inquisitionem contra eos formatam eo quod ambo di nocte se letaliter percusserunt, per modum quod fuerunt in mortis periculum, ut de predictis nobis constat per eorum confesionem,
idcirco ne de predictis possint se gloriari, in libris decem parvorum per quolibet in his scriptis sententialiter condenamus.

Case 11: Bartholomew the tanner vs. Friar Anthony the schoolmaster

Poreč, August of 1445.

Source: *Acta potestatis Parentii*, fol. 263r (accusation and the testimonies of witnesses, no defense was ever presented), fol. 295r (podestà's verdict).

^a Accusa written on the left margin next to this block of text.

[Accusation:]

Die III^{or} augusti.

Frater Antonius, rector scollarum, accusat Bartolameum piliparium eo quod pluribus exactis diebus, dum esset domi, audivit quod dictus Bartolameus in strata dicebat: “Questo renegato de San Francesco, ribaldo, vuol chel mio puto paga scuove per scovar le so case!” Et postea ad rippam dictus frater Antonius repperiit dictum Bartolameum sibi que dixit: “Che vastu digando di fati mie?” Et ipse respondit: “Tu ha renegato San Francesco! Ribaldo marco^a! E non so zo che me tien, che non te conza a mio modo.” Et si non fuissent persone ibidem, eum percussisset. Et dat in testes Iohannem de Semo, ser Iacobum de Facina, ser Nicolaum de Faona.

[Testimony 1:]

Dicto die.

Ser Iacobus de Facina, testis examinatus, dixit quod dum esset ad rippam, audivit quod dictus Bartolameus dixit dicto fratri Antonio multas iniurias et inhonesta verba. Et dictus testis cum aliis eum reprendebat, et ipse dicebat: “Tu non lo cognosi como lo cognoso mi a Piran!” Et erat^b peccatum quod de eo dicebat.

[Testimony 2:]

Dicto die.

Iohannes Semo examinatus dixit verum esse ut in acta continetur.

[Podestà's verdict:]

Bartolameum piliparium, contra quem processum est per accusam factam contra eum per dominum fratrem Antonium rectorem scollarum quod sibi dixerit: “Questo renegato de San Francesco vuol chel mio puto paga scuove per scovar le so case.” Item una alia vice super rippam etiam iniuriatus fuit dicto fratri Antonio, dicendo: “Tu ha renegato San Francesco! Ribaldo marco! Enon so zo che me tien, che non te chonza a mio modo.” Que vera fuisse nobis constant per testes fidedignos superinde examinatos, ut in actis curie nostre continetur, et habito quod dictus frater Antonius est

^a *Sic: pro marzo. Cf. Boeri, 401, s.v. “marzo.”*

^b *The following v crossed out.*

persona reverenda, in libris decem parvorum vigore nostri arbitrii in his scriptis sententialiter condenamus.

Case 12: Leonard from Carnia vs. Maticus Margonich

Buzet, July of 1459.

Source: *Acta potestatis Pinguenti 1*, fol. 147v (accusation, defense and a testimony of a witness); *Acta potestatis Pinguenti 2*, fol. 196v (podestà’s verdict).

[Accusation:]

Die penultimo iulii.

Leonardus de Cargna, filius magistri Iohannis, cum maxima querella et lamentatione denunciavit et accusavit Matichum Margonich in eo, de eo et super eo quod dum sederet super plateam ex opposito ecclesie Sancti Mochor, venit Maticus contra ipsum cum uno lapide in manibus et evaginavit quendam gladium parvum, et volebat dare dicto querellanti, dicendo sibi: “A, Furlan! Furlan! Ribaldo! Adesso te insegnaro perche tu sta qui!” Petens iusticiam et cetera. Et hec omnia probare intendit per Michse, filium Benchi Cesar.^a

<Sia condenado el deto Mancho in soldi 40.>^b

[Defense:]

Die XII augusti.

Maticus Margonich de Pinguento, constitutus in canzelaria pro sua deponenda deffensione contra unam accusam factam per Leonardum de Cargna textorem, qui dictus Matichus negat omnia contenta in dicta accusa vera non esse.^c

[Testimony 1:]

Die XI novembris.

Michse, filius Benchi Cesar, testis productus et allegatus per Leonardum de Cargna textorem, interrogatus, iuratus et examinatus quid scit de contentis in dicta accusa, qui deposuit se tantum

^a Querella Leonardi written on the left margin next to this block of text.

^b Written on the left margin by another hand, most probably by podestà Simone Ferro himself.

^c Defensio written on the left margin next to this block of text.

scire, videlicet, dum die contento in querella fuisset cum dicto Leonardo textore, venit dictus Matichus Margonich, dicendo: “O, Furlan! Furlan!” Tenendo unum lapidem in manibus et evaginavit unum gladium parvum, et^d recessit. Nil aliud sequutum fuit. Nil aliud dixit scire.^e

[Podesta’s verdict:]

Mathicum Margonich, contra quem processum fuit et est per nos et curiam nostram vigore unius acuse facte per Leonardum de Cargna textorem in eo, de eo et super eo quod dum dictus Leonardus sederet super plateam ex opposito ecclesie Sancti Mochor, venit Matichus contra ipsum con uno lapide in manibus, et evaginavit unum gladium parvum^f cum quo dare volebat dicto Leonardo, dicendo sibi: “A, Furlan! Furlan! Ribaldo! Adesso te insegnaro perche tu sta qui!” Que omnia nobis et iudicio nostro constant vera et fuisse vera esse^g, prout in actis apparet, ideo nos potestas, sequentes et sequi volentes ius et iusticiam, et nollentes quod dictus Matichus in futurum valeat se vanagloriari de villaniis illatis dicto Leonardo, Mathicum prenominatum in libris duabus parvorum, solvendis nostro Comuni Veneciarum, in hiis scriptis sententialiter condemnamus, et in expensis scripturarum.^h

<A di 28 luio rezivi mi Simon Fero dal deto lire 2.>ⁱ

Case 13: Jelena the wife of Vidus vs. Ambrig the shoemaker

Buzet, July of 1459.

Source: *Acta potestatis Pinguenti 1*, fol. 148r (accusation, defense, and the testimonies of witnesses); *Acta potestatis Pinguenti 2*, fol. 196v (podestà’s verdict).

[Accusation:]

Die primo augusti.

Ielena, uxor magistri Vidi de Lubiana^a, habitatrix Pinguenti, constituta coram me cancellario, cum maxima querella et lamentatione ei in maximus eius vilipendium denunciavit et acusavit Ambrig, callegarium de Pinguento, in eo, de eo, et super eo quod dum die dominica, vigesimo nono iulii,

^d The following *eva* crossed out.

^e Testificatio written on the left margin next to this block of text.

^f The following *et* crossed out.

^g *Sic*. This is an *anacoluthon*. The correct phrase, used elsewhere by the same chancellor, is *fuisse et esse vera*.

^h The part from *Mathicum prenominatum* to *expensis scripturarum* is crossed out, meaning that the fine had been paid.

ⁱ Written on the left margin by the hand of podestà Simone Ferro.

^a The following *de* crossed out.

dicta Ielena fuisset ad domum super scalam et dictus Ambrig super scalam sue domus, dictus Ambrig cepit iniuriari et dicere dicti Ielene quod erat una meretrix et asina. Petens iustitiam sibi administrare et cetera. Et hoc probare voluit per Tonse Cesar de Pinguento.

[Defense:]

Die XII augusti.

Ambrig de Pinguento, callegarius, constitutus in canzellaria pro sua deponenda deffensione contra unam accusam factam per Ielenam, uxorem magistri Vidi de Lubiana, dixit verum esse quod dum die contento in querella fuisset super scalam sue domus et dicta Ielena esset super suam. Dicta Ielena habuit dicere versus Ambrig: “Tu e fiolo de una marza putana!” Qui Ambrig respondit: “Tu e forsi una putana e asina et non mia madre!” Nil aliud dixit pro suam deffensionem.

<Siano condenadi le dicti in soldi 40 per chadaun.>^b

[Testimony 1:]

Die 28 octobris.

Tonse Cesar de Pinguento, constitutus in canzellaria, testis allegatus per Ielenam, uxorem magistri Vidi de Lubiana, qui testis deposuit suo sacramento hoc tantum scire, videlicet, dum die contento in acusa fuisset in domo sua et cenaret, dicta Ielena^c habuit dicere dicto Tonse: “Tonse, che te par? Ambrig dixe che son putana de uno basiach^d!” Qui testis dixit non audivisse ex ore dicti Ambrig dicere iniurias dicte Ielene. Nil aliud dixit se scire.

[Podestà’s verdict:]

Ambrig callegarium, contra quem processum fuit et est per nos et curiam nostram vigore unius accuse facte per Elenam, uxorem magistri Vidi pilipparii, in eo, de eo, et super eo quod dum die vigesimo nono iulii elapsi dicta Elena fuisset super scalam domus sue et dictus Ambrig super

^b *Written on the left margin by another hand, most probably by podestà Simone Ferro himself.*

^c *The following dicere crossed out.*

^d *Basiach is a contaminated form of bezjak, an ethnonym that could refer to several linguistic groups that were conceptualized as “Other” by the speaker: it could refer to Croatian štokavian-speaking population of present-day Slavonia and Međimurje; it could refer to čakavian-speaking Istrian population (although that does not seem to be the case here); it could refer to Latin-Romance speaking population of Gorizia and Monfalcone and in general the population that spoke Furlan (most probably the case here). Cf. Hrvatska enciklopedija: Mrežno izdanje [Croatian encyclopedia: Internet edition], Zagreb: Leksikografski zavod Miroslav Krleža, 2020, s.v. “Bezjaci,” <http://www.enciklopedija.hr/Natuknica.aspx?ID=7383> [last access: 20th of November, 2020].*

suam, dictus Ambrig cepit dicere et iniuriari dicte Elene quod erat una meretrix et asina, unde nos potestas, visa querella et deffensione dicti Ambrig necnon dictum testis, volentes suqui ius et iusticiam, et nollentes pati quod dictus Ambrig et Ielena^e audeant se amplius invicem iniuriari, peccantes potius in missericordia quam in crudelitate, Ambrig prenominatum et Elenam predictam in libris duabus parvorum pro quolibet, solvendis nostro Comuni Veneciarum, in hiis scriptis sententialiter condenamus et in expensis scripturarum.

<A di primo zugno rezivi da Ambrig lire 2 soldi 0;1462, a di 14 decembri rezivi mi Zuane Zancani, podesta de Pinguento, da la deta Elena per la so condenation soldi 40.>^f

Case 14: Agnes called Muta vs. Malgarita the daughter of late Bastian Puzel

Buzet, October of 1458.

Source: *Acta potestatis Pinguenti 1*, fol. 126v (accusation, defense and the testimonies of witnesses); *Acta potestatis Pinguenti 2*, fol. 192r (podestà’s verdict).

[Accusation:]

Dominus Iesus. Die 17 octobris.

Malgarita filia quondam Bastiani Puzel constituta in cancellaria cum maxima lamentatione et agravamine accusavit Agnetam Mutam quondam Rosogich in ea, de ea et super ea quod dum die suprascripta dicta Malgarita esset ad eius tigorium in loco dicto Saticha, et dicta Agnes ivit ad ipsam Malgaritam, cui dixit: “Tu dicis filium meum contulisse tibi damnum cum animalibus minutis, videlicet agnis, in quodam tuo prato.”^a Nullis aliis verbis, dicta^b Agnes cepit dicere dicte Malgarite quod ipsa erat una meretrix, et quod vidit ipsam sub quodam clamide cum quodam eius consobrino nominato Iacobo Flegovich^c et fatiebat inhonesta, quare petit per vos spectabilem dominum potestatem ius et iustitiam sibi administrare, et hec omnia probare indendit per Stephanum preconem.^d

<Sia condenada la dita Agnexe in lire 4 de pizzoli.>

^e *The following de crossed out.*

^f *Written by two separate hands, the first part by Simone Ferro, the second by Giovanni Zancani, Ferro’s successor in Buzet.*

^a *The following que Malgarita crossed out.*

^b *The following Ma crossed out.*

^c *Inserted and written on the left margin.*

^d *Accusa Malgarite Puzel written on the left margin next to this block of text.*

[Defense:]

Die primo iunii.

Dona Agnes nominata Muta relicta quondam Rosogich, constituta in canzelaria pro sua deponenda excusatione de contentis in querella data per Malgaritam quondam Bastiani Puzel^e, qui ser Marchus de Victore interpretes michi canzelario refferebat in lingua Latina ea que dicebat dicta Agnes in lingua Sclabonica^f: verum dixisse, quod dixerat ipsam Malgaritam vidisse sub pugnava cum dicto Iacobo nominato in querella. Nihil aliud dixit.^g

[Testimony 1]:

Die primo novembris 1458.

Stephanus de Sagabria publicus preco Comunis Pinguenti, testes allegatus per Malgaritam Puzel contra unam querellam contra Agnetam factam, constitutus in canzellaria coram iudicibus et me canzelario presente, interrogatus, iuratus et examinatus quid scit de contentis in dicta accusa, qui testes suo sacramento deposuit verum esse quod dum quadam die fuisse ad portam parvam et ibi fecerunt custodiam, Petaz frater dicte Malgarite querellantis dicere habuit versus Agnetem Mutam: “Dic michi, quare dixises iniuras sorori mee Malgarite et quod est una meretrix^h?” Qui Agnes respondit sic: “Quod dixi sibi eo quia iniuriaverat filium meum. Vidi sororem tuam Malgaritam sub quadam pugnava cum Iacobo Flegovich habentes crurasⁱ ligata insimul.” Nil aliud dixit scire.^j

[Podestà’s verdict:]

Agnetem nominatam Mutam relicta quondam Rasogich, contra quem processum fuit et est per nos et curiam nostram vigore unius accuse contra ipsam factam per Malgaritam filiam quondam Bastiani Puzel in ea, de ea et super ea quod del 1457, die 17 mensis octobris nuper elapsi, quod dum dicta Malgarita fuisset ad eius tigorium in loco dicto Saticha, dicta Agnes ivit ad ipsam Malgaritam, cui dixit: “Tu dicis filium meum intulisse tibi damnum cum animalibus minutis, videlicet agnis, in quodam tuo prato!” Nullis aliis verbis, dicta Agnes cepit dicere dicte Malgarite quod erat una meretrix, et quod vidit ipsam sub quodam clamide cum quodam eius consobrino

^e *The following que dicta Agnes crossed out.*

^f *The following dicebat crossed out.*

^g *Defensio written on the left margin next to this block of text.*

^h *et quod est una meretrix inserted and written on the left margin.*

ⁱ *Sic: a contamination of crus, cruris, n. but declined according to first declension.*

^j *Testificatio written on the left margin next to this block of text.*

nominato Iacobo Flegovich et fatiebat turpia, que omnia nobis constant vera esse et fuisse, tam per accusam factam quam per dicta testis super inde examinati, prout in actis curie nostre evidenter apparent,

idcircho nos potestas, sequentes et sequi volentes formam iuris et iusticie, et nollentes quod similes infamie dicantur^k mulieribus que sint bone fame, et quod de cetero dicta Agens de similibus infamiis se valeat in futurum vanagloriari^l, sed eius punitio aliis mulieribus sit exemplum et documentum, peccantes potius in misericordia quam in crudelitate, ipsam Agnetem Mutam in libris quatuor denariorum parvorum, <dandis et solvendis nostro Comuni Veneciarum>, in hiis scriptis sententialiter condemnamus et in expensis scriptuarum.^m

<1458, a di 4 mazo rezivi mi Simon Fero da la deta Agnesa lire 4.>ⁿ

Case 15: Benedict Sacerna vs. Peter Scarpa

Poreč, November of 1446.

Source: *Acta potestatis Parentii*, fol. 281r (denunciation and testimonies), fol. 300v (podestà's verdict).

[Denunciation:]

Die XX mensis novembris.

Ser Iohannes Franciscus socius miles cum denuntia accusat Benedictum Sacerna pedotam, eo quod heri sero circa horam secundam noctis sub logia rippe portus Parentii, dum Petrus Scarpa pedota ivisset ad dictam logiam, dictus Benedictus dixit: “Vardi come el viem, un gran lecho, perche cum so moier dorme i homeni.” Qui Petrus respondens: “Tu menti per la gola!” Qui Benedictus postquam cenavit dicens: “Schiavo futuo^a!” Et admenavit de uno pane. Petrus videns se ab ictu extraxit et statim admenavit de uno alio pane et ipsum adrumpit in aure sinistra et eum vulneravit cum effusione sanguinis, et hoc intendit probare per Georgium preconem Communis Parentii et Meneginum Gambaro pedotam.

<Benedictus in libris duabus, Petrus Scarpa in libra I^a>

^k *The following inu crossed out.*

^l *The following peccantes potius in misericordia quam in crudelitate crossed out.*

^m *The entire entry is crossed out and marked with solvit on the left margin.*

ⁿ *Written by a different hand, surely by Simone Ferro himself.*

^a Cf. Pellizzer and Pelizzer, *Vocabolario*, 401, s.v. “futou.”

[Testimony:]

Headem hora

Ser Georgius preco predictus, constitutus in cancelaria et examinatus per dictum dominum potestatem suo sacro testificando dixit, quod dum heri sero ivisset ad rippam causa^b claudendi hostium rippem, ivit ad dictam logiam videns Benedictum Sercena cenare, cui Petrus Scarpa pedota dicebat “becho” et iniuriabantur multis verbis inhonestis similis^c, et vidit predictum Benedictum^d admenare de uno pane et non adiunxit predictum Petrum admenans de secudno pane ipsum adiunxit in capite aperta sinistra cum fractura pellis et efusione sanguinis.

[Podestà’s verdict:]

Benedictum Sarcena et Petrus Scarpa pedotas, contra quos processum est per accusam factam contra eos, eo quod dictus Petrus infuriatus fuerit dicto Benedicto, et dictis Benedictus cum uno pane admenavit dicto Petro, postea cum uno alio pane admenavit et eum iunxit in capite cum sanguine, que vera fuisse nobis constant per testem examinatum, ut in actis curie continetur, idcirco predictos Benedictum in libris duabus parvorum et Petrum in libra una dandis et solvendis comuni in his scriptis sententialiter condenamus.

Case 16: George Niger from Corfu vs. Anthony of Stephen from Zadar

Rovinj, November of 1433.

Source: *Acta potestatis Rubini*, fol. 54v–55r (denunciation, defense and the testimonies of witnesses), fol. 61r–61v (podestà’s verdict).

[Denunciation:]

Die VI novembris.

Cum ad aures prefati domini potestatis existentis sub logia ripe comunis Rubinii una cum suis iudicibus pervenisset, qualiter Antonius Sclabonus percusserat quendam Georgium de Corfoni in uno navigio quid patroniçat Michaletus Galvani^a quid habebat canipum allegatum super mollum

^b *The following ca crossed out.*

^c *Written above the line.*

^d *The following Benedictum crossed out.*

^a *The following que crossed out.*

Rubini, non quidem amalivolis necque suspecti personis, sed veridictis et dignis fide, subito misit prefatus dominus potestas pro dicto Antonio et deponi fecit in carceribus^b con bona custodia, et dictum Georgium deponi fecit in hospitali, et ad eum missit magistrum Chatarinum barbironsosem et salariatum comunis Rubini ad videndum eius vulnus.

[Interrogation:]

Die VII^o novembris.

Prefatus dominus potestas misit me notarius et cancellarius infrascriptus ad dictum percussum – una cum ser Antonio quondoam ser Francisci iudice –, qui iacens in lecto in hospitali interrogatus primo di nomine, respondit vocari Georgius Niger de Corfoni^c; interrogatus quomodo et a quo percussus fuit, qui respondit: quod heri sero dum esset in navigio, Antonius Sclabonus marinarius dixit sibi: “Mal viazo chi in cha’ ve aspeta!” Cui respondit: “Non verecundaris dicere michi iniuriam!” Et sic cum uno bastono dedit^d illi super unum brachium, que Antonius cepit unam glavarinam et percussit eum in pectore cum sanguinis effusione ex quo ictu cecidit in navigio. Interrogatus de testibus respondit, quod ibi erant Michaletus patronus et Zetomellus^e Bationi. Quia petit et cetera.

[Defense:]

Dicta die.

Antonius Stefani de Zadra, constitutus in concellaria Comunis coram ser Antonio iudice de mandato prefati domini potestatis ad faciendum suam excusationem, qui dixit verum esse quod erat in navigio et aptabat angollum. Et dictus Georgius existens in terra exclamabat dicendo: “Quid facis Sclabone?” Et credendo dicto Georgio quod ei diceret iniuriam dictus Antonius^f, venit ad navigium et cepit sibi dare de uno ligno super brachiis et spatullus dicendo: “O Sclabone proditor! Ego interficiam te et proiciam te in aqua!” Dicens etiam dictus Antonius, quod semper pettebat quod dimitteret stare amore Dei, et ter proicit se contra eum genibus flexis osculando pedes illius, ut dimitteret eum stare, qui numquam voluit sed dicebat: “Sclabone vollo interficere te!” Et venit

^b *The following b crossed out.*

^c *Corrected from Corroni.*

^d *The following sibi crossed out.*

^e *Written as Zatomell with an abbreviation sign over the last syllable.*

^f *Sic: pro dicto Antonio.*

[Georgius] versus eum cum uno cutello, et tunc accepit [Antonius] unam glavarinam et percussit eum.

[Testimony 1:]

Dicta die.

Michaletus Galvari patronus dicti navigii examinatus ut superius qui suo sacramento dixit se scire, quod heri, dum dictus Antonius Sclabonus esset in navigio et dictus Georgius in terra, audivit dictum qui iniuriabat dicto Georgio, sed nescit bene quid dicebat, sed bene visum fuit de quod dicebat iniuriam, et sic iverunt ad navigium et subito dictus Georgius accepit unum lignum et dedit super humeris dicto Antonio una vice et postea etiam duabus vicibus, et dictus Antonius cepit unam glavarinam et admenavit illi et non fecit tunc mallum, quia adiuvaverint et fuerint separati. Et sic ille Antonius flexis gentibus petebat veniam, ut dimitteret eum stare. Et sic dictus Georgius ivit versus puppim. Et non perpendit dictus Michaletus, quod dictus Antonius vulneravit[§] illum in pectore. Et subito tenuerit dictum Antonium ne occidere dictum Georgium. Et aliter dixit se nescire de predicto.

[Testimony 2:]

Dicta die.

Iohanes de Segna testis productus ut superius suo sacramento affirmavit, quod ivit ad navigium et vidit predictos, qui faciebant rixam et illis dixit non verecundamini facere quastionem, quia dominus potestas vidit vos et sic ivit versus puppim causa ligandi certas carnes, et audivit quod dictus Georgius dixit: “Nolli michi dare impedimentum, quia dabo tibi de uno gladio!” Et ille Antonius dixit: “Dabo tibi de glavarina!” Et sic admenavit illi de glavarina. Et dimissis carnibus quas suspendabat, accepit [Iohanes de Segna] illam glavarinam et proicit in aqua. Et aliter dixit nescire.

[Medical report:]

Die VIII novembris.

In cancellaria comunis comparuit magister Catarinus dicens predictus vulneratus esse extra periculla mortis et cetera.

[§] *The following word eius crossed out.*

[Podesta’s verdict:]

Antonium quondam Stefani de Zadra, marinarium Michaloti Galvani, et Georgium Nigro de Corfoni, qui erat marinarium dicti Micheloti, contra quos et eorum quemlibet processum est per nos et curiam nostram per viam inquisitionis contra eos^h facteⁱ in eo, de eo et super eo quod de anno presenti [1433], die VI^o novembris, dum dictus Georgius existens super molum Comunis Rubini, audiens Antonius suprascriptus dicentes sibi iniuriam, tenendo dicto Antonio in navigio, qui erat in portu Rubini et habebat canipum aligatum ad molum, accepit dictus Georgius unum lignum et ivit^j versus navigium super quo ascendit et cepit verberare dictum Antonium cum dicto ligno super humeriis et branchiis, que Antonius petebat veniam ab eo, qui nolebat ipsum audire, sed volebat pur bastionare, tunc dictus Antonius^k accepit unam glavarinam et admenavit dicto Georgio, sed Deus voluit quod non fecit sibi malum, et tunc fuerint separati ab aliis qui erant super navigio,^l predictus vero Antonius iterum petiebat veniam ab ipso et – genibus flexis – ter osculavit pedes dicto Georgio, petens veniam ab eo, qui nolebat eum audire ullo modo, sed dicebat: “Dabo tibi de uno gladio!” Et tunc ivit dictus Georgius versus puppim et dictum Antonium, et iterum venerunt ad rixam, tunc dictus Antonius cum una glavarina de punta percussit dictum Georgium in pectore uno vulnere cum sanguinis effusione a latere dextero prope tetinam, qui ictus^m ex relatione magistri Catarini salariati Comunis Rubini vadit inter carnem et pellem, de quo percussione firmavit dictus magister Chatarinus cum sacramento esse extra pericullum mortis, ut hec et allia in actis curie nostre lataⁿ continetur, tam per querelam dicti <et confessionem alteri, quam per legitimas testificationes [super his] habitas>, idcirco nos potestas antedictus, considerans temeritatem predictorum et maxime dicti Antonii, qui ita temerarie voluit facere sibimet tacentem et non venire ad indicium ad conquerendo de predicto, necnon considerans temerariam audaciam dicti Georgii, qui habuit animum bastonandi predictum, et nullo modo volebat ei percipere osculanti sibi pedes, ut pareret, sed tantum modo volebat sequi

^h *The following et q crossed out.*

ⁱ *The abbreviation sign over the last syllable crossed out.*

^j *The following na crossed out.*

^k *Corrected from Gregorius.*

^l *The following qui Antonio crossed out.*

^m *The following vac crossed out.*

ⁿ *An abbreviation sign is appended after the word by mistake.*

voluntatem suam, nolendo talia impunita permittere, sed potius ut^o eius pena^p aliis transeat in exemplum, declinantes in potius ad misericordiam quam ad crudelitatem, considerans pauperitatem dicti Antonii, predictum Antonium in libris quatuor parvorum^q et dictum Georgium in libris duabus parvorum, dandis et solvendis canipario nostri Comunis Rubini, sententialiter condenamus.

Case 17: John de Luna vs. Dominic de Lutter

Poreč, March of 1445.

Source: *Acta potestatis Parentii*, fol. 252v (accusation, defense and the testimonies of witnesses), fol. 293r (podestà's verdict).

[Accusation:]

Die vigesimo primo marcii.

Dominicus quondam Luterii in cancelaria Comunis in presentia domini potestatis con querella acusat Alegretum Zanchi et Iohannem de Luna, dices et expones quod dum eri sero esset in canipa Antonii et Castelaii Barbo, eum percuserunt, videlicet Iohannes eum proiecit in terra et Alegretus eum percussit de uno bufeto. Testes per ser Antonium ser Dacii, ser Petrum Buliconis, Lucianum de Crisma.

[Defense:]

Zanus de Luna, constitutus ad faciendum suam defensionem, dixit quod erat dictum Dominicus ebrius et admenavit sibi unam alapam, et sic dictus^a Zanus accepit eum cultelum et fregit et sic cecidit.

[Testimony 1:]

Ser Petrus de Bulico, testis superscriptus, sacramento dixit quod vidit dictum Iohaninum de Luna, qui proiccerat dictum Dominicum in terram et sibi admenavit de pede in corpore.

^o The following q crossed out.

^p Written with an abbreviation sign over the word for no apparent reason.

^q The entire line predictum Antonium in libris quatuor parvorum is crossed out and the following line is appended on the right margin: Solvit ut apparet in introitu magistri Lionzo caniparii. This is not the case with George who, it seems, did not pay the fine.

^a The following Ioh crossed out.

[Testimony 2:]

Die XXV iulii.

Antonius Daco, testis examinatus, dixit sacramento quod vidit quod Iohannes proiecit Dominicum in terram et sibi admenavit pluries de pugnibus.

[Testimony 3:]

Lucianus de Cusma, testis examinatus, sacramento dixit nil scire, excepto quod bene vidit Alegretum Zonchum, qui dedit super crosariam dicto Dominico de pugno.

[Podesta's verdict:]

Alegretum Zoncho et Iohannem de Luna, contra quos et quelibet ipsorum processum est per accusam contra eos formatam per Dominicum quondam Luterii eo quod dum mense martii proxime decursi esset in taberna Castelani Barbo, dictus Zaninus admenavit de manu aperta dicto Dominico inter facies, postea dictus Alegretus in strata admenavit de pugno et iunxit eum, que vera fuisse nobis constant per testes superinde examinatos, ut in actis curie nostre continetur, idcirco in libris tribus parvorum pro quolibet in his scriptis sententialiter condenamus.

Case 18: John de Luna vs. John the carpenter

Poreč, July of 1445.

Source: *Acta potestatis Parentii*, fol. 259r (accusation, defense and the testimonies of witnesses), fol. 294r (podestà's verdict).

[Accusation:]

Dicto die [XI iulii, M^oCCC^oXLV].

Magister Iohannes marangon accusat Caninum de Luna eo quod heri, hora XXI, penes domum Gasparini ser Antonii, dum sibi peteret aliquis denarios, et ipse – nullo respectu habito – cum pugno ei admenavit super maxillam sinistram et alia vice sub mento cum sanguinis effusione. Dat in testes ser Pretum de Colandi, magistrum Christoforum marangonum, Primossium de Zara, Iohannem de Colmo.

[Defense:]

Die XXV iulii.

Zaninus de Luna, constitutus ad faciendum suam defensionem, negat.^a

[Testimony 1:]

Ser Pretus de Colandi dixit sacramento quod sibi admenavit super vultum dicto magistro Iohanni et exivit sanguis.^b

[Testimony 2:]

Magister Christoforus marangonus dixit sacramento quod dum luderet, dictus magister Iohannes cum Marino de Gos tripudiando et modicum tetigisset dictum Iohannem. Idem Iohannes – nullo habito respectu – sibi admenavit cum pugno, et iunxit eum per modum quod exivit sanguis de ore.^c

[Testimony 3:]

Iohannes de Colmo, examinatus, sacramento dixit verum esse quod sibi admenavit de pugno dicto magistro Iohanni cum effusione sanguinis.^d

[Testimony 4:]

Primos de Zara, constitutus, dixit ut superius.^e

[Podestà's verdict:]

Iohannem de Luna, contra quem processum est per accusam contra eum factam per magistrum Iohannem marangonum quod percussit dictum magistrum Iohannem de pugno super maxillam sinistram cum sanguinis effusione, que vera fuisse constant per testes fidedignos superinde examinatos, ut in actis curie continetur, in libris quatuor parvorum vigore nostri arbitrii in his scriptis sententialiter condenamus.

^a Defensio *written on the left margin next to this block of text.*

^b Testificatio *written on the left margin next to this block of text.*

^c Testificatio *written on the left margin next to this block of text.*

^d Testificatio *written on the left margin next to this block of text.*

^e Testificatio *written on the left margin next to this block of text.*

Case 19: John de Luna vs. Matthew de Facina

Poreč, July of 1445.

Source: *Acta potestatis Parentii*, fols. 259v–260r (accusation, defense and the testimonies of witnesses), fol. 294v (podestà’s verdict).

[Accusation:]

Die dicto [XI iulii].

Matheus de Facina, saltarius Communis, accusat Zaninum de Luna^a eo quod heri, dum accusasset^b eius^c boves inter spladenas euntes erando sive radigi^d, et accepisset pascuras^e, et, rediens civitatem, repperiit dictos^f Zaninum^g super portam civitatis, et ser Iohannes de la Porta, iudex, dixit dicto Matheo: “Da li le so pascore e fati dar un altro segno.” Et set Zaninus sibi dedit unam chorichiam quam ipse Matheus consignavit capiti cursorum. Postea in reversione ivit ad pontem et sedebat. Supervenit^h Zaninusⁱ predictus^j et cepit^k eum iniuriari et cum pugnis admenavit ei Zaninus, quod videns dictus Matheus recessit illuc et domum ivit, et accepit unum rastum et gliavarinam pro eundo in arcam, et apropinquans extra archas penes ecclesiam Sancti Luce, erat^l ibi prope dictus^m Zaninusⁿ, vidensque eum dixit Zaninus versus dictum Matheum: “Vutu niente?” Et Matheus nichil respondit. Et Iohannes respondit: “Tu non andara che te toro la vita!” Et accepit lapidibus sibi admenavit bis cum lapidibus et non iunxit^o per modum si non^p fuisset Vagoncius Mathei, qui se posuit in medio, eum interfecissent.^q Et dat in testes Vagoncius, qui fuit extra archas, Maticus de Rippaldis, ser Dominicus ser Preti^r, ser Iacominum, Nicolaum Dominici Zubitini.

^a *The following* Dominicum comelo *crossed out*.

^b *Corrected from* accusasent.

^c *Corrected from* eis.

^d *Sic*. Cf. Boeri, 549, s.v. “radegàr.”

^e *Written with an abbreviation sign over the last syllable for no apparent reason. Lapsus calami?*

^f *Sic*. See the following note.

^g *The following* et Dominicum *crossed out*.

^h *Corrected from* superveniunt.

ⁱ *The following* et Dominicus *crossed out*.

^j *Corrected from* predicti.

^k *Corrected from* ceperunt.

^l *Corrected from* erant.

^m *Corrected from* dicti.

ⁿ *The following* et Dominicus *crossed out*.

^o *The following* et Dominicus cum una furcha ivit super eum per modum si non *crossed out*.

^p per modum si non *inserted and written above the line*.

^q *Sic*. See previous notes.

^r *The following* Baldasinus *crossed out*.

[Testimony 1:]

Ser Dominicus ser Preti, constitutus ad deponendum testificationem, dixit non fuisse presentem nisi postquam fuerunt tramezati.

[Defense:]

Zaninus de Luna, constitutus ad faciendum suam defensionem, dixit quod bene admenavit de lapidibus quia sibi admenavit primo de una gliavarina. Et transfixit inanicam interule, semper eum diffedando^s.

[Testimony 2:]

Die IIII augusti.

Vagnocius, testis constitutus in cancellaria et examinatus, presente ser Iohannes de la Porta iudice, sacramento dixit se tantum scire, videlicet quod dum dictus Matheus acusasset boves dicti Iohannis et accepisset pascuras, veniebat in civitatem et obviavit dicto Iohanni super portam civitatis, qui veniebat extra. Et sic dictus Matheus dixit: “E ho trova i tuo buo in le piadene^t.” Et dictus Iohannes dixit quod habuerat licentiam a domino potestate. Et respondit Matheus: “Ben. Se tu avara a lui licentia, sia con Dio.” Dictusque Iohannes cepit iniuriari dicto Matheo, dicendo: “Baico! Mal viaco chi te mena in questa terra!” Et cum manibus apertis ibat super eum. Et dictus Matheus venit intro civitatem et accepit unum rastrum a seno, unam gliavarinam et unum cultelum, et venit foras. Et dum esset penes archas, erant Iohannes predictus et dictus testis. Et sic dictus Zaninus dicere habuit dicto Matheo: “Zurlo!^u Tu ha accusa li mie buo! Che te vegna el chagasangue!” Et accepto uno rastro, ibat versus eum. Postea accepit duos lapides et de uno admenavit, sed non iunxit. Tunc Matheus volebat operari gliavarinam et extendit eam de puncta versus eum. Et dictus Iohannes se abscondit post dictum testem^v. Postea dictus Iohannes introivit civitatem et, accepto uno spolto^w,

^s *Sic: pro defendendo?*

^t *Written above the line. The words below in damno crossed out.*

^u Cf. Boeri, 824, s.v. “Zurlo, zurlon.”

^v *post dictum testem inserted and written above the line.*

^w *The following et and v crossed out.*

venit foras et repperiit dictum Matheum. Et sic fuerunt ad manus et ambo ad invicem se admenaverunt, sed personis sua erant tramezerunt et diviserunt eos^x.

[Testimony 3:]

Nicolaus filius ser Dominici Zubetini, testis nominatus et examinatus sacramento^y, presente ser Iohanne [de l]a Porta, iudice, qui suo sacramento dixit quod vidit ser Iohannem de Luna curentem domum pro armis et dictus testis ivit extra. Et supervenit dictus Zaninus cum uno spelto euntem^z ad Matheum, expectantem secus archas. Et supervenerant multe persone que tenebant dictum Zaninum ne faceret questionem. Et sic dictus Matheus se movit, veniens versus dictum Zaninum, et dixit: “E io torto.” Et Zaninus respondit: “Si che tu a^{aa} torto!” Et ser Matheus respondit: “Tu mentiris!” Et dictus Zaninus: “Tu mentiris!” Et sic dictus Matheus admenavit de puncta gliavarine dicto Zanino^{bb} et sic fuerunt tramezati.

[Testimony 4:]

Iacominus, testis nominatus, citatus et examinatus, sacramento dixit quod vidit Zaninum de Luna qui introiverat civitatem pro armis. Et sic dictus testis ivit extra portas, supervenit dictus Zaninus, tendens ad dictum Matheum, qui erat foris, animo et intentione faciendi brigam. Et sic ambo ceperunt iniuriari et ipse cum aliis se posuerit in medio per modum^{cc} quod non^{dd} potuerunt se ad invicem ledere. Et sibi fuerunt accepta arma et tramezati [fuerunt].

[Podestà’s verdict:]

Iohannem de Luna, contra quem processum est per nos et curiam nostram per accusam contra eum factam per Matheum de Facina, saltarium et officialem nostrum, eo quod dum die in accusa contento dictus Matheus accusasset boves dicti Iohannis, dictus Iohannes – nullo habito respectu – iniuriatus fuit dicto Matheo et cum manibus ivit super eum, et non contentus predictis, domum

^x *This is a clear case of an anacoluthon. It should either have been personis sua erant tramezati et divisi or persona sua tramezit et divisit eos.*

^y *Sic. Another anacoluthon as the expression [cum] sacramento appears correctly later in the sentence.*

^z *Sic. Another anacoluthon. It should either have been vidit dictum Zaninum ... euntem ad or supervenit dictus Zaninus ... iens ad.*

^{aa} *tu a inserted and written above the line.*

^{bb} *The following et dictus Zaninus admenavit cum spelto crossed out.*

^{cc} *The following per crossed out.*

^{dd} *The following pos crossed out.*

ivit, et accepto uno spelto, ivit extra ad repperiendum dictum Matheum, quo reperto, acceptis duobus lapidibus: primo traxit unum dicto Matheo, sed non iunxit; postea voluit adoperari speltum versus dictum Matheum, sed persone ibidem presentes eos tramezarunt, que vera esse nobis constant per testes fidedignos superine examinatos, ut in actis curie nostre continetur, et ne de predictis possit se gloriari, sed quod pena ipsius aliis sit exemplum in volendo ledere offitiales qui faciunt offitium suum, vigore nostri arbitrii, in his scriptis sententialiter condemnamus in libris decem parvorum.

Case 20: Sfetina vs. Peter Talzich

Buzet, January of 1460.

Source: *Acta potestatis Pinguenti 1*, fols. 136v–137r (accusation, defense, and the testimonies of witnesses); *Acta potestatis Pinguenti 2*, fol. 194r (podestà’s verdict).

[Accusation:]

Dominus Iesus.

Sfetina Tramontana de Pinguento, contitutus in cancellaria cum maxima querella et lamentatione accusavit et denunciavit Petrum Talzich et Iuanum Saraz, filium Pauli Scodich, in eis, de eis, et super eis quod dum die sabbati, quarto decimo mensis ianuarii, idem Sfetina fuisset super stratam Comunis ex opposito domus Vasmigne Premaroich, qui Vasmigna vendebat vinum aliquibus Cragnazis. Et Petrus Talzich cepit iniuriari et dicere villaniam dicto Sfetine, dicendo: “Poltron e ribaldo! Tu voravi tuor el mio orto el qual fo dato a mio padre!” Nullis aliis verbis, ivit super personam dicti Sfetine, dando sibi cum pugnibus super pectus dicti Sfetine. Hiis^a dictus Iuanus Saraz ivit super dictum querellantem, dando sibi cum pugnibus in costis dicti Tramontane. Quare petit sibi iustitiam ministrare. Et hoc omnia probare intendit per Vasmignam Radicsich et per Dragam relicta Premaroich et per Euphoniā, uxorem Perose Margonich.^b

[Defense 1:]

Die 27 ianuarii.

^a *The following factis crossed out; hiis should therefore also have been crossed out as it does not fit the sentence without the participle in ablative. The sentence is correctly phrased in the podestà’s verdict.*

^b *Querella written on the left margin next to this block of text.*

Iuanus Saraz, filius Pauli Scodich de Pinguento constitutus in cancellaria pro sua deponenda excusatione super quadam querella producta per Sfetinam Tramontana, qui dixit pro sua deffensione verum esse quod dum die contento in querella fuisset super stratam ex opposito domus Vasmigne Premaroich, et sicut Sfetina et Petrus Talzich insimul se iniuriavint, Sfetina Tramontana pinxit Petrum Talzich, qui Petrus cecidit in terram, dictus sic proiectus in terra, dictus Petrus surrexit^c et spinxit dictum Tramontanam et cecidit in terris. Qui Iuanus sic videns, oviabat et contrastabat nec dici iniurie [nec] faciunt^d aliquod malum. Nil aliud dixit pro sua deffensione.^e

[Defense 2:]

Die 28 octobris.

Petrus Talzich de Pinguento, constitutus in cancellaria pro sua deponenda deffensione contra unam accusam contra ipsum factam per Sfetinam Tramontanam, qui deposuit verum esse quod dum fuisset ex opposito domus Vasmigne Premaroich, dictus Sfetina Tramontana dicebat iniurias^f dicto Petro, dicendo: “Tu e fiol de uno prete!” Et dedit cum pugnibus dicto Petro in pectore. Qui negat dedisse dicto Tramontane cum pugnibus nec sibi nocuisse super persona. Nil aliud deposuit pro sua deffensione.^g

[Testimony 1:]

1400, die 19 aprilis.

Dona Euphomia, uxor Perose Margonich, constituta in cancellaria, allegata et producta in testem per Sfetinam Tramontanam, interrogata, iurata, et examinata in contentis in dicta accusa, que testis dixit nihil scire nec vidisse quia ipsa erat in domo sua et fatiebat facta sua. Nil aliud dixit scire.^h

[Testimony 2:]

Eadem die.

^c *This is a clear anacoluthon. The sentence should have gone: Sic proiectus in terra, dictus Petrus surrexit.*

^d *Sic: pro fecerit.*

^e *Deffensio written on the left margin next to this block of text.*

^f *The following pro crossed out.*

^g *Defensio written on the left margin next to this block of text.*

^h *Testificatio written on the left margin next to this block of text.*

Dona Draga Premaroich, testis allegata in accusa dicti Sfetine Tramontane, constituta in cancellaria coram me cancellario, interrogata quid scit de contentis in dicta accusa, que testificavit nil aliud scire nec vidisse. Nil aliud dixit. Et cetera.ⁱ

[Podestà’s verdict:]

Petrum Talzich et Iuanum Sarz, contra quos processum fuit et est^j per nos et curiam nostram vigore unius accuse date et facte per Sfetinam Tramontanam in eis, de eis, et super eis quod dum die sabbati, quintodecimo mensis ianuarii, idem Sfetina fuisset super stratam Comunis ex opposito domus Vasmigne Premaroich, qui Vasmigna vendebat vinum aliquibus Cragnizis, Petrus Talzich inuriari cepit et dicere villaniam dicto Sfetine, dicendo: “Poltron e ribaldo! Tu voravi tuor el mio orto el qual fo dato a mio padre!” Nullis aliis verbis, ivit super persona dicti Sfetine, dando sibi cum pugnis super pectus dicti Sfetine. Hiis factis, dictus Iuanus Sarz ivit supra dictum Sfetinam querellantem, dando etiam cum pugnis in costis dicti Tramontane, que omnia nobis et offitio nostro constant vera non esse,

ideo nos potestas, sequentes et sequi volentes formam iuris et iusticie, absolvimus et absolutos esse volumus dictos Petrum Talzich et Iuanum Sarz ab acusa seu querella dicti Sfetine eo quia dictus Sfetina Tramontana obtullit se probaturum, prout apparet in actis nostris, et nihil probavit.

Ideoque Petrum Talzich et Iuanum Sarz in expensis scripturarum in hiis scriptis sententialiter condemnamus. Et^k

Case 21: Sfetina Tramontana vs. Primus Pengarich

Buzet, August of 1459.

Source: *Acta potestatis Pinguenti 1*, fol. 149r–149v (accusation, defense, testimonies of witnesses), and *Acta Potestatis Pinguenti 2*, fol. 9r (podestà’s verdict).

[Accusation:]

Primus Pangerich quondam ser Usmigne, habitator Pinguenti, iacens in lecto in domum suam cum maxima lamentatione accusavit Sfetinam Tramontanam in eo, de eo, et super eo quod dum die

ⁱ Testificatio written on the left margin next to this block of text.

^j The following vigore crossed out.

^k The following absolutos esse volumus a acusa dicti Sfetine underlined and purposefully blackened by ink.

superscripto fuisset dictus Primus querellans in domum Gregorii Lorezich, in qua domo^a dictus Gregorius^b vendebat vinum, et dictus Primus, sic staret in pedibus, dicere habuit dicto Sfetine: “Io voria tu tegnise le to galine in chaxa che non mi dese fastidio.” Tunc Sfetina Tramontana respondit dicto Primuo: “Le sta roto una gamba ala mia polastra. Se saveše che fosse stato, io ne voria romper una gamba a lui.” Nullis aliis verbis sequentibus, sedente dicto Tramontana de quodam schamno, eulsit unum gladium parvum de vaginam et percussit dictum Primus duobus vulneribus: unum vulnus in spatulam dextera de periculo cum maxima sanguinis effusione; unum vulnus periculosum in gutture sinistro cum maxima sanguinis effusione. Petens iusticiam sibi administrare, et cetera, et hec omnia probare intendit per magistrum Pause^c carpentarium, per magistrum Andream callegarium, per Matheum Margonich, omnes de Pinguento testes.^d

[Defense:]

Die XX ianuarii, 1460.

Sfetina Tramontana de Pinguento constitutus in causa pro sua deponenda excusatione super contentis in accusa, qui Sfetina pro sua excusatione deposuit verum esse, quod dum die contentis in accusa^e venisset de Mugla et iret in taberna Gregorii Lorezich et acceperat urceum unum vini pro bibendo, que sic bibendo superadfulit Primus Pengarich in dicta^f taberna, qui cepit dicere versus dictum Tramontanam: “El to porcho ma facti dano e le toe galine, e voglio tanta carne de li dicti che serà che portar.” Qui Tramontana respondit: “Non oportet talia facere, sel mio porcho ta fati danno lamenta^g miser lo podestà.” Qui Primus nullis aliis verbis percussit Tramontanam super nasum cum effusione sanguinis, volendo accipere gladium de vagina et me percutere. Hic sunt que dico pro deffensione mea.^h

<Sia condenato el dicto Tramontana in libris XV de picoli et el dicto Primos in libris 5 de picoli.>ⁱ

[Testimony 1:]

^a *The following tenebat crossed out.*

^b *The following se crossed out.*

^c *The following callegarium crossed out.*

^d *Querella Primus Pangerich contra Sfetinam Tramontanam written on the left margin next to this block of text.*

^e *The following esse crossed out.*

^f *The following dicta crossed out.*

^g *Originally written as lamentate with the final te crossed out.*

^h *Deffensio written on the left margin text to this block of text.*

ⁱ *Written by a different hand, surely by the podestà Simone Ferro himself.*

Die 16 martii, 1460.

Magister Andreas Cozevar callegarius habitator Pinguenti constitutus in causa pro sua deponenda testificatione contra unam accusam datam per Primos Pangerich contra Sfetinam Tramontanam. Interrogatus, iuratus, et examinatus quid scit de contento in dicta accusa, qui testis se tantum dixit scire, videlicet, dum die contentus in accusa eset presens in domo Gresci Lorezich cum certis aliis, audivit et vidit Primos Pangerich et Sfetinam Tramontanam altercantes insimul verbis, que Primus dicebat dicto Sfetine: “Si inveniam tuas galinas in domo mea ipsas proiceam.” Et Sfetina exudebat sibi, sed nescio quid, salvo quod dicebat dicto Primos: “Se tu le buterà fuora, tu serà mal contento.” Hiis verbis sedente dicto Primus surexit <de quodam scampno> et admenavit cum pugno contra dictum Tramontanam, sed non vidit eum dare, sed bene vidit Sfetinam Tramontanam habentem unum gladium parvum in manibus et percussit dictum Primus in gullam. Nil aliud dixit scire.

[Testimony 2:]

Die 21 martii.

Maticus Margonich de Pinguento testis allegatus per Primus Pangerich super quadam querella facta per ipsum Primus. Qui testis constitutus in causa dixit se tantum scire, videlicet, quod quando fuit littigium inter Primus et Sfetinam Tramontanam in taberna Grischi Lorezich ipse non adderat, sed tantum vidit ipsum Tramontanam aufuggere. Nil aliud dixit scire.

[Podestà’s verdict:]

Sfetinam Tramontanam, contra quem processum fuit et est per nos et curiam nostram vigore unius acuse facte per Primus Pangerich in eo, de eo, et super eo, quod dum die sabbati quarto mensis augusti iam elapsi dum dictus Primus esset in domum Gregorii Lorezich, in qua domo dictus Gregorius vendebat vinum, et Primus,^j stabat in pedibus, dicere habuit dicto Sfetine: “Io voria tu tegnisse le toe galine in chaxa che non me dese fastidio.” Tunc Sfetina Tramontana respondit dicto Primus: “Le sta roto una gamba a la mia polastra. Se lo savese chi fosse stato, io ge voria romper una gamba^k a lui.” Nullis aliis verbis sequentibus sedente dicto Tramontana super quodam scampnum surexit, et evulsit unum gladium parvum de vagina, et percussit dictum Primus duobus vulneribus, unum vulnis in spatula dextera de periculo cum maxima sanguinis effusione, unum

^j *The following* sedebat *crossed out*.

^k *The following* un *crossed out*.

aliud vulnis periculosum in guttere^l a parte sinistra cum maxima effusione sanguinis. Que omnia nobis et iudicio nostro constant vera esse et fuisse, prout in actis apparet.

Ideo nos potestas sequentes et sequi volentes formam iuris et iusticie et statuta Communis Pinguenti, et nollentes quod dictus Sfetina Tramontana de suis malis valeat in futurorum vanagloriari,^m ut sit speculum sibi et aliis peccantes potius in misericordia quam in crudelitate, Sfetinam Tramontanam prenominatum in libris XXV parvorum solvendis nostro Communis Veneciarum in hiis scriptis sententialiter condemnamus et ad solvendum medicinas et in expensis scriptuarum; item Primus Pengarich molendinarium qui admonavit cum pugno dicto Tramontana in libris quinque parvorum solvendis nostro Comuni Veneciarum in hiis scriptis sententialiter condemnamus.

<A di 3^o marzo 1462 rezivi mi Simon Ferro dal dito Permus libras 5.>ⁿ

Case 22: Andreolo de Luna vs. Anthony Claudus from Rovinj

Poreč, January of 1446.

Source: *Acta potestatis Parentii*, fol. 286v (accusation and the testimonies of witnesses, no defense was presented), fol. 301v (podestà's verdict).

[Accusation:]

Die XVIII ianuarii.

Antonius Claudus de Rubino cum querela denuntiat et accusat Andreolum de Luna eo quod dum heri sero esset in domo Antonii Simuiana et sederet ac rationaret cum Gasparino Antonii, Matheo Boldon et aliis, sedente qua dicto Andreolo ab alio latere ubi ludebatur pro vino. In medio qua erat una candela accensa quam dictus Andreolo accepit et in ignem proiecit.^a Tunc dictus Antonius^b se reduxit et stabat ad ignem. Dictusque Andreolus, nullis habitis verbis insimul et nescit qua de causa, dictus Andreolus – Deum pre oculis non habendo – accepto uno bochiali, ivit post eum, non se prependente dicto Antonio, et admenavit cum dicto bochiali et iunxit dictum Antonium in capite uno vulnere et cum maxima effusione sanguinis. Quo facto, saliit super portam domi et evaginavit

^l *The following sinistro crossed out.*

^m *The following peccantes potius crossed out.*

ⁿ *Written by a different hand, surely by the podestà Simone Ferro himself.*

^a *The following d crossed out.*

^b *The following sco crossed out.*

unum cultelum panescum, dicendo^c: “Chi vuol alguna cossa, vigna qui!” [Dat in] testes ser Gasparinus ser Antonii, Matheus Boldon, Michael de Semo, Michael de la Rassa.

[Testimony 1:]

Die dicto.

Michael de la Rassa, testis nominatus ut superius, citatus, iuratus et examinatus, presente ser Francisco de Messina iudice, qui sacramento dixit quod dum heri sero esset in dicta taberna, vidit quod dictus Antonius et Bartolameus gastaldo una cum Matheo Boldon ad invicem racionabant et solacium ad invicem verbis faciebant. Et stans dictus Antonius flexus ad^d ignem, dictus Andreolus, essendo in dicta^e taberna, venit post dictum Antonium – nichil dicens – et cum uno bochiali admenavit et iunxit dictum Antonium in capite cum sanguine. Postea saliit versus portam, dicendo: “Se tu vuol alguna cossa, vien qua!” Et quod dictus Antonius nichil dixit neque fecit^f dicto Andreolo.^g

[Testimony 2:]

Dicto die.

Matheus Boldon, testis nominatus ut superius, citatus, iuratus et examinatus, presente ser Marco de Rippaldis iudice, dixit de omnibus et per omnia ut superius testificatus fuit dictus Michael, licet per alia verba^h dissimila, tamen eundem effectum habentia, et super generalibus recte respondit.

[Proclamation:]

Die XXIII ianuarii.ⁱ

Proclamatus fuit Andreolus mandato prefati domini potestatis per Raphaelem preconem ut compareret ad faciendum suam defensionem usque ad unam horam, qui non comparuit, sed in sua contumacia perseveravit.

^c The following q crossed out.

^d The following ing crossed out.

^e The following b crossed out.

^f The following dicto Antonio crossed out.

^g Testificatio written on the left margin next to this block of text.

^h The following tam crossed out.

ⁱ Dicta d di written above the date and crossed out.

[Podestà’s verdict:]

Andreolum de Luna superscriptum, contra quem processum est per accusam factam contra eum per Antonium Zoto de Rubino quod die in accusa contento, dum dictus Antonius esset in taberna Antonii ser Bertucii et rationaret cum aliquibus per solatium, dictus Andreolus – Deum pre oculis non habendo, nichil dicens – ivit post eum et cum uno bochiali admenavit et iunxit dictum Antonium in capite uno vulnere et cum maxima sanguine effusione. Quo facto, saliit penes portam dicens: “Se tu vol mente, vien qua!” Ut nobis de predictis constat per testes fidedignos superinde examinatos^j, et proclamato legitime ad faciens suam defensionem, qui non comparuit, sed in contumacia perserveravit, et considerato predicta esse opera mali exempli, et ne de predictis posset gloriari, sed quod ipsius pena aliis sit exemplum, dictum Andreolum in libris sex parvorum <ad solvendum medicinias> in his scriptis sententialiter condenamus.

Case 23: Blaise the son of Tonse Marich vs. Tonse Marich, his father

Buzet, April of 1461.

Source: *Acta potestatis Pinguenti 1*, fol. 164r–164v (accusation, defense and the testimonies of witnesses); *Acta potestatis Pinguenti 2*, fol. 14v (podestà’s verdict).

[Accusation:]

Die 28 aprilis.

Tonse Matich, molendinarius de Pinguento, constitutus in cancellaria cum maximo gravamine acusavit Blasium – eius filium – in eo, de eo, et super eo quod dum die suprascripto ipse quereans esset in molendino, et dictus Blaxius foras molendinum vocavit dictum Tonse, ut iret ad ipsum, qui Tonse ivit ad ipsum, dicendo: “Quid vis a me habere?” Nullis aliis verbis sequentibus, cepit lapides in manibus et proiciebat versus dictum Tonse et dedit cum primo lapide in spatula, quo ictu lapidis dictus quereans cecidit in terram, et uxor dicti Tonse – et mater dicti Blasii – cepit dicere dicto Blasio: “Cur talia facis contra patrem tuum?!” Quare petit per vos dominum potestatem sibi ius et iusticiam administrare. Et hoc probare intendit per Lutiam, uxorem Primus Pengarich, per Betam, uxorem Gregorii Staraz, et per Iuanam, uxorem dicti Tonse et matrem Blasii.^a

^j *The following* ut *crossed out*.

^a *Querella Tonse written on the left margin next to this block of text.*

[Defense:]

Die 22 madii.

Blasius, filius Tonse Matich, constitutus in cancellaria pro sua deponenda deffensione, deposuit suam deffensionem in hunc modum, videlicet, quod die et hora contentis in acusa fuisset ad molendinum patris sui. Pater suus, videlicet Tonse Matich,^b traxit unam securiam versus ipsum Blaxium et ipse Blasius proicerit versus patrem suum bis lapides et dedit patri con uno lapide super eius personam. Nil aliud deposuit pro sua deffensione.^c

<Sia condenado el dicto Biasio lire 5 de parvi.>^d

[Testimony 1:]

Die 7 februarii.

Dona Lutia, uxor Primus Pengarich, testis producta per Tonse Matich in acusa contra Blasium, eius filium, interrogata, iurata et examinata de rei veritatis, dicenda quid scit de contentis in dicta acusa, que testis dixit se hoc scire, videlicet, dum repperiret se ex molendinum Tonse Matich, vidit Blasium et Tonse – patrem dicti Blasii – vicisimi, facientes verba. Finaliter, vidit Blasium predictum proicisse unum lapidem versus Tonse – eius patrem – et dedit in spatula. Nil aliud dixit vidisse.^e

[Testimony 2:]

Die 8 martii.

Beto, uxor Gregorii nominati Staraz de Pinguento, testis producta et allegata in querella sive^f acusa Tonse Matich, molendinarii, interrogata et examinata per nobilem virum dominum Nicolaum Ferro, vicepotestatem, presente ser Laurentio Garvanich, iudice, testificando dixit nihil scire quia non erat presens ad molendinum dicti Tonse querellantis quando Blasius – filius dicti Tonse –

^b *The following con crossed out.*

^c *Defensio Blasii written on the left margin next to this block of text.*

^d *Written on the left margin by another hand, most probably by podestà Simone Ferro himself.*

^e *Testificatio written on the left margin next to this block of text.*

^f *The following co crossed out.*

fecit^g rixam con Tonse – eius patre, salvo quod audivit ex ore domine Iuane, uxore Tonse Matich – et matris dicti Blasii. Nil aliud testificavit scire.^h

[Testimony 3:]

Die X martii.

Dona Iuana, uxor Tonse Matich et mater dicti Blasii, constituta in cancellaria et allegata in querella Tonse Matich ad deponendum suam testificationem quid scit de contentis in dicta et cetera, interrogata, iurata, et examinata, presente spectabile domino Nico Ferro, vicepotestas etⁱ magistro Iohanne Petrovich, iudice, iurando dixit hoc scire, videlicet, dum dicta esset in molendino cum Tonse, eius marito, superadruit Blasius, eius filius, cum una sauma lignorum. Et Tonse Matich exivit de molendino con quadam securi in manibus. Et ivit ad dictum Blasium, eius filium, et cum dicta securi percussit equum a parte posteriori. Qui Blasius dixit Tonse, eius patre: “Quare fecistis ista?! Vos semper estis unius stultus!” Nil aliud dixit.^j

[Podestà’s verdict:]

Blasium, filium Tonse Matich, molendinarium de Pinguento, contra quem processum fuit et est per nos et curiam nostram vigore unius acuse facte per Tonse Matich – eius patrem – in eo, de eo, et super eo quod die 28 aprilis, anno preterito, ipse Matich esset in eius molendino, et Blasius foras molendini vocavit dictum Tonse – ipsius patrem –, ut iret ad ipsum, qui Tonse ivit ad ipsum, dicendo: “Quid vis a me habere?” Nullis aliis verbis sequentibus, cepit lapides in manibus ipse Blasius et proicebat versus Tonse – eius patrem – et con primo lapide dedit in spatula, quo ictu lapidis dictus Tonse cecidit in terram, et uxor dicti Tonse – et mater dicti Blasii – cepit dicere dicto Blasio: “Cur talia facis contra patrem tuum?!” Et cetera, que omnia nobis et offitio nostro constant omnia^k esse vera et verissima, prout apparet in actis nostris cancellarie, ideo nos potestas, sequentes et sequi volentes formam iuris et iustitie, et nollentes quod dictus Blasius de hoc in futurum se valeat vanagloriari, sed pena ipsius aliis sit speculum et documentum, et plus quod Blasius verberavit dictum Tonse Marich – eius patrem – multo magis mereretur

^g *The following brig is crossed out.*

^h *Testificatio written on the left margin next to this block of text.*

ⁱ *The following ser crossed out.*

^j *Testificatio written on the left margin next to this block of text.*

^k *Sic: omnia repeated two times.*

maiozem penam quam aliam extraneam personam verberasset, volentes nos potius in misericordia quam in crudelitate peccare, Blasius predictum in libris quinque parvorum, solvendis nostro Comuni Veneciarum, in hiis scriptis sententialiter condemnamus et in expensis scripturarum.¹

<1462, a di 30 mazo, rezivi mi Simon Ferro podesta de Pinguento dal dicto Biasio per soa condenasion lire 5 soldi 0.>^m

Case 24: Martin de Brigna, the servant of Francino vs. Francino from Višnjan, Martin’s master

Poreč, May of 1445.

Source: *Acta potestatis Parentii*, fol. 257v (accusation, defense and the testimonies of witnesses only as no verdict was promulgated).

[Accusation:]

Die XXVIII mai.

Martinus de Brigna, famulus Francini de Vissignano, accusat Francinum de Vissignano, eius patronum, et Martinum, fratrem dicti Francini, eo quod heri sero, dum esset ad eius mandriam et diceret dicto Francino: “Perche astu da li mie animali per desima senza mia licentia?” Et dictus Franciscus, nullo respectu habito, cum pugno sibi admenavit per modum quod cecidit in terram. Postea, accepto uno cultro magno de plato, ei admenavit super humeros pluries. Et tunc, videns hoc, cepit fugere. Et ambo fratres sequiti sunt eum, et cum uno lapide iunxit dictum Martinum^a a tergo. Et si non fugisset, eum interfecissent. [Dat in] testes Gregorius famulus Thome, Angel famulus^b dicti Francini.

[Defense:]

Die octavo augusti.

Francinus de Vissignano, constitutus ad faciendum suam defensionem, negat.

[Testimony 1:]

Die octavo augusti.

¹ *The part from Blasius predictum in libris to in expensis scripturarum crossed out.*

^m *Written on the left margin by the hand of Simone Ferro himself.*

^a *The following post h crossed out.*

^b *The following condam Gustre crossed out.*

Gregorius famulus Thome, examinatus in presentia ser Preti iudicis, dixit sacramento quod habentibus verbis simul dictus Martinus de Brigna cum Francino, dictus Martinus tenebat manum super cultrum, et Francinus dedit de manu in pectus, et stravit eum in terram. Et^c evaginavit dictus Francinus magnum cultelum quem habebat ad latus, et percussisset dictum Martinum si voluisset. Et elevato dicto Martino a terram, cucurrerit pro gliavarina quam dimiserat modicum a longe a mandria. Et^d Francinus ivit pro fratre, et sic Martinus non fuit ausus tunc venire ad eos.

[Testimony 2:]

Die XI augusti.

Angel famulus, qui fuit dicti Francini, dixit sacramento quod dum esset ad mandriam illo sero, lac animalium esse debebat dicti Martini. Et dictus^e Francinus antequam illuc accederet. Dictus Francinus cepit mulgere animalia. Supervenit Martinus cum una gliavarina dicti Francini et posuit eam in terram. Et venit^f ad Francinum dicens: “Tu te faci signor di mie animali!” Et crescentibus verbis, dictus Martinus habebat manum ad cultelum, et dictus Francinus surexit et cum manibus dedit ei in pectus et cecidit^g, accepto cultelo, ei admenavit dictus Francinus de plato super humeris.^h

Case 25: Paul Iedrezich vs. his brother Martin

Buzet, February of 1462.

Source: *Acta potestatis Pingeunti 1*, fol. 178v (accusation, defense and the testimony of a witness) and *Acta potestatis Pinguenti 2*, fol. 5r (podestà’s verdict).

[Accusation:]

Die 22 martii.

Martinus filius quondam Vasmigne Iedrezich de Pinguento existens in canellaria cum maxima querella acusavit Paulum eius fratrem, in eo, de eo, et super eo, quod dum die 8 mensis februarii de sero ivisset domum habitationis dicti Pauli causa cenandi, uxor dicti Pauli cepit dicere dicto

^c The following ac crossed out.

^d The following Martinus ivit crossed out.

^e The following Franciscu crossed out.

^f The following ad Ma crossed out.

^g The following et crossed out.

^h Testificationes written on the left margin next to the two blocks of texts containing the testimonies of witnesses.

Paulo: “Quare non vultis cenare? Vos vultis ire per castrum procrandi^a.” Et Paulus, iratus, cepit verberare uxorem suam. Que Martinus volens oviare scandalo ne dictus Paulus frater suus verberaret uxorem suam. Paulus predictus, dimissa uxore, admenavit con pugillo super faciem dicti Martini eius fratris cum effusione sanguinis. Petens ius super hoc administrari debere, et hoc probare vult per Gregorium dictum Torina testorem.^b

[Defense:]

Die XXIII aprilis.

Paulus Iedrezich frater dicti querellantes, citatus ad faciendum suam deffensionem in contentis dicte querelle facte per Martinum eius fratrem, qui Paulus se tuendo dicit, videlicet, dum die contentis in querella Paulus predictus et Martinus et uxor dicti Pauli vellent cenare, Martinus et Paulus venerunt ad verba insimul, que Martinus dare volebat Paulo et Paulus dixit superbe dicto Martino fratri suo: “Exeas de domo ista!” Et Martinus exivit, et cepit lapides in manibus, et dare volebat dicto Paulo. Dicens Paulus non dedisse nec nocuisse in aliquomodo fratri suo, et si pur ipse verberasset Martinum fratrem suum, hoc possit facere quia dictus Paulus faciat sibi expensas. Nil aliud dixit pro sua deffensione.^c

<Sia solto el dicto Polo et Martin condenato in le spexe.>^d

[Testimony:]

Die primo maii.

Magister Gregorius testor dictus Torina de Pinguento, testis productus et allegatus per Martinum filium Vasmigne^e, qui testis dixit nihil scire, solummodo vidit Paulum et Martinum fratres rixantes insimul. Interrogatus si vidit Paulum dedisse dicto Martino fratre suo, dixit quod non, quia non erat in domo Pauli. Nihil aliud dixit scire.^f

[Podestà’s verdict:]

^a *Written as procrandi with the r crossed out.*

^b *Acusa Martini written on the left margin next to this text.*

^c *Defensio Pauli written on the left margin next to this text.*

^d *Written on the margin.*

^e *The following et cetera crossed out.*

^f *Testificatio written on the left margin next to this text.*

Paulum Iedrezich filium quondam Vasmigne de Pinguento, contra quem processum fuit et est per nos et curiam nostram vigore unius querelle facte per Martinum eius fratrem et cetera, in eo, de eo et super eo quod dum die 8 februarii de sero ivisset domum habitationis dictus^g Martinus Pauli eius fratris pro cenando, uxore dicti Pauli cepit dicere dicto Paulo: “Quare non vultis nos^h cenare? Vos vultis ire per castrum procandi!” Et Paulus – irato animo – cepit verberare uxorem suam, et Paulus predictus, dimissa uxore, admenavit con pugillo super faciem dicti Martini eius fratris cum effusione sanguinis, que omnia nobis nostroque iudicio constant non esse vera nec verissima, prout apparet in actis nostris, ideo nos pottestas, sequentes et sequi volentes formam iuris et iustitie, et quia Martinus predicta obtullit se velle probare et nihil probavit, Paulum predictum absolvimus et absolutum esse reddimus a superscripta querella tamquam indebite factam. Ipsum Maritnum in expensis scriptuarum condenamus.

Case 26: Jacob de Facina vs. Matthew Boldon

Poreč, November of 1445.

Source: *Acta potestatis Parentii*, fol. 279v–280r (accusation, defense, and the testimonies of witnesses), fol. 299r (podestà’s verdict).

[Accusation:]

Die XIII^a novembris.

Ser Iacobus de Facina accusat Mattheum Boldon eo quod dum hodie^b esset^c in^d curia sive in claustro^e Ecclesie Sancti Francisci et faceret colationam, et inter alia diceret aliquibus suis nepotibus de Rubino super facto aliquorum olivariorum: “El sarave bon acordarsse de darli uno al altro, perche quelli de Mateo Boldon se li mal in ordene.” Et ser Preto Colandi dixit: “Le vero.” Supervenit Matheus Boldon, dicens dicto ser Iacobo: “Che aveva a impazarse dei fati mie!? Eve

^g *the following* Paulus crossed out.

^h *Sic*: cum nobis?

^a *Corrected from* XVIII.

^b *The following* iret crossed out.

^c *The following* sub crossed out.

^d *Corrected from* cu.

^e *sive in claustro* written above the line.

convengno dar el mal viaco!” Et cum uno cultelo evaginato in manu veniebat malo animo versus eum^f. Dat in testes ser Pretum de Colandi, Dominicum ser Blasii^g [et] Petrum [ser Blasii] fratres.

[Defense:]

Matheus Boldon, constitutus ad faciendum suam defensionem, dixit quod erat ibidem et faciebat candelabra, et audivit quod dictus Iacobus dicebat de factis suis, et ipse tunc [dicens:] “Non te impazar di fati mie! Che se tu te impaci, ete daro el mal viaco!” Sed cum cultelo non ivit ad eum, sed bene Iacobus ivit^h et, accepto bastano, vocavit ad probam.

[Testimony 1:]

Ser Pretus de Colandi examinatus dixit in fide sua quod dum esset ad faciendum colationem cum dicto Iacobo et Viviano de Rubino et aliis, et diceret de dictis olivis et quod olive Mathei erant male in ordinem, sicut ille Vivianiⁱ, dictus Matheus dixit^j: “Che ve impazavu in le fati mie!?” Et dixit ser Iacobo: “Se ve impaze in le mie fati, eve daro el mal viaco!” Sed cum cultelo non ivit contra eum malo animo, nec causa offendendi eum.

[Testimony 2:]

Die predicto.

Ser Vivianus de Rubino testis examinatus dixit sacramento quod dum aloqueretur super dictis olivis dicendo quod venderet dictas olivas et dictis aliquibus verbis dictus Matheus venit ibidem et^k irato animo iniuriatus fuit dicto ser Iacobo multis verbis^l inhonestis: “Eve convegno dar el mal viaco! O ti, o mi conven aver el mal anno!” Et cum puncta culteli dabat super incisorium quod erat in mensa, et dictas testis pur eum tenebat, tandem dictus ser Iacobus recessit.

[Podestà’s verdict:]

^f *The following d crossed out.*

^g *The following Pret crossed out.*

^h *The following ex crossed out.*

ⁱ *The following tu crossed out.*

^j *The following non u crossed out.*

^k *The following m crossed out.*

^l *The following non crossed out.*

Matheum Boldum, accusatum per ser Iacobum quod ei iniuriatus fuerit verbis turpidis et inhonestis inter alia: “Se tu te pati entro le fati mie, ete convegno dar el mal viaco!” Et^m cum uno cultelo – irato animo – dabat superⁿ unum incisorium de puncta, minando eum, ut de predictis nobis constat per testes superinde examinatos, idcirco dictum Matheum in libris II parvorum in his scriptis sententialiter condenamus.

Case 27: Bonaldus from Vrsar vs. Matthew from Hum and Paul the son of Jacob the shoemaker

Poreč, January of 1446.

Source: *Acta potestatis Parentii*, fol. 288r (accusation, defense and the testimonies of witnesses), fol. 301v (podestà’s verdict).

[Accusation:]

Die XXI ianuarii.

Bonaldus de Ursario cum denuntia accusat Matheum de Colmo et Paulus Iacobi caleger, eo quod dum heri sero esset in penu Antonii Bertucii et sederet ad ignem cum aliis, venit dictus Paulus ad dictum Bonaldum dicens: “Bonaldo, tu faravi ben a taser! E so cussi ben zo che tu ha dito, como ti.” Et in his verbis supervenit dictus Matheus et dixit versus eum: “Al se vorave far de fati con corteli. Lieva su! Vien qua! Femo de corteli!” Et Bonaldus respondit^a: “Non son homo de corteli.” Et pur ambo vocabant eum ad probam, dicentes eum: “Vien qua!” Intantum quod fuit coactus tacere, neque ausus domum accedere. Dat in testes Gasparinum ser Antonii, Dominicum ser Preti, Thomam Volta, Iacobum Daco.

[Defense:]

Die XXIII ianuarii.

Matheus de Colmo, constitutus ad faciendum suam defensionem, negat.^b

[Testimony 1:]

^m The following v crossed out.

ⁿ The following n crossed out.

^a et written after respondit, surely by mistake.

^b Defensio written on the left margin next to this block of text.

Iacobus Daco, testis nominatus ut superius, sacramento examinatus dixit quod dicto die, dum faceret colationem, audivit quod Matheus dicebat versus dictum Bonaldum et Iuanum de Monte Butarum sedentes ad ignem: “Traditori! Lari de Orser! El se vorave far cussi!” Et evaginavit unum cultelum evaginatum et tenebat in manu, dicendo: “El se vorave dar diexe botti per homo! Se nessun de vui vol dar alguna cossa, leve su! Vigni qua!” Et Paulus tenebat cum eo, dicente verba inhonesta, et Bonaldus cum Iuano non respondit aliquid.^c

[Podestà’s verdict:]

Matheum de Colmo et Paulum Iacobi chaleger, contra quos et quemlibet ipsorum processum est per accusam factam contra eos per Bonaldum de Ursario quod die in accusa contento, dum esset in taberna Antonii ser Bertuti et sederet ad ignem, dicti Matheus et Paulus – instigati spiritu diabolico – ceperunt iniuriari dicto Bonaldo et Iuano de Monte Butarum, et Matheus dicebat: “Questi traditori e lari de Orsar! El ge se voria dar diexe colpi per homo!” Et in manu tenebat unum cultelum trivelatum dicens: “Vien qua! Lieva su!” Ut de predicto nobis constat per testem super inde examinatum, ut in actis curie continetur, comitendo predicta contra formam iuris et statutorum Comunis, et ne de predictis possint gloriari, dictos Matheum in libris tribus parvorum et Paulum in libris duabus parvorum in his scriptis sententialiter condemnamus.

^c Testificatio *written on the left margin next to this block of text.*

Case 28: John the Slav vs. the Commune of Piran

Piran, April of 1402.

Source: *LC I*, fol. 210r–v (podestà’s verdict only as the other parts of the process are not recorded).

[Podestà’s verdict:]

Condenationes facte tempore egregii et sapienti viri domini Galeoti Lauredano honorabilis potestatis Pirani.

Iuanum Sclavum vagabundum olim famulum Nicolay Foya de Pirano, hominem homicidam male conversationis, vite et fame, in nostra presentia personaliter constitutum, contra quem per modum et viam inquisitionis ex nostro nostraque curie officio arbitrio et baylia processimus in eo, de eo et super eo, quod ad aures et noticiam nostram – non quidem a malivolis et suspectis personis, sed veridicis, honestis et fidedignis – sepe et sepius auditu pervenit, quod de anno presenti et instantis mensis aprilis, dum ipse Iuannus homicida lusisset ad taxillos cum quodam Maliz Sclavo olim famulo Boninsegene Francisci de Pirano super plathea campi de Pirano et pro uno soldo parvorum, quem ipse Iuannus vicerat dicto Maliz, pervenissent ad rissam ad invicem, et ab inde recessissent et ivissent in plathea veterem Comunis Pirani ad tabernam, ubi Dericus filius Nicolay Bonifacii vendebat vinum, et occasione ipsius solvendo iterato in dicta taberna risassent.

Dictus Iuannus homicida – spiritu diabolico instigato, Deum pre oculis non habendo, sed pocius inimicum humane nature, qui quotidie seducit personas ad malum, ut animas eorum devoret – animo et intentione comitendi homicidium infrascriptum doloxe,^a sicuter^b et apensate a dicta taberna recessit, et iam sero facto accessit prope domum Manegini de Buleis, et ibidem se armavit uno magno lapide; sentit quousque predictus Maliz, quem sciebat proinde transitum facere, et cum vidit ipsum Maliz venientem, agresus fuit eum, et cum dicto lapide, quem suis tenebat manibus, proiussit dictum Maliz super caput ipsius Maliz una magna percussione cum efusione sanguinis et fractura ossis sinistre partis capitis usque ad profunditate cerebra, ex quo percussione dictus Maliz mortuus fuit et esset, commitendo predicta contra mandatum Dominicum – qui precepit: “Non occides”–, contra formam iuris statutorum et ordinamentorum Comunis Pirani, contra honorem ducalis dominationis Veneciarum et regimina nobis comissi.

^a *Sic: pro dolose as in cunningly.*

^b *Sic: possibly a lapsus calami for scienter.*

Et constat nobis et nostre curie predicta omnia et singula in dicta^c inquisitione contenta vera esse et fuisse, et per ipsum Iuannum comissa et perpetrata fuisse loco et tempore in ipsa inquisitione contentis, tam pro testes super inde legitime examinatos quam pro confessionem predicti Iuani coram nobis in iudicio sponte factam, prout hic et alia in actis [fol. 210v] nostris et nostre curie clarius apparet.

Idcircho nos Galeotus Lauredano potestas predictus sedentes pro tribunali nostris, cum^d consilio predictorum Comunis Pirani iudicum, considerantes talia committere esse opus mali exempli, sequentes formam iuris statutorum et ordinamentorum Comuni Pirani, et vigore arbitrii nobis a nostra ducalis dominatione Veneciarum in hac parte attributa, ne ipse^e Iuanus de suo malo opere valeat gloriari, ymo eius pena aliis transeat in exemplum, predictum Iuannum in nostra presentia constitutum, quod conducatur ad locum solitum iusticie super plathea campi Comunis Pirani, et ibi caput^f a suis spastulis^g amputetur – ita et taliter quod penitus moriatur, et anima a corpore seperatur –, in hiis scriptis sententialiter condemnamus.^h

Case 29: Martin of Shkodër vs. the Commune of Rovinj

Rovinj, September of 1433.

Source: *Acta potestatis Rubinii*, fol. 66v–67r (podestà’s verdict only as the other parts of the process are not recorded).

[Podestà’s verdict:]

Hec est quedam condemnatio corporalis et sententia condemnationis corporalis lata, data et in his scriptis sententialiter pronuntiata et promulgata per spectabilem et egregium virum dominum Laurentium Zane pro serenissimo atque excelentissimo ducale Dominio Venetiarum honorabilem potestatem Rubini et sui districtus contra infrascriptum hominem et personam pro infrascripto excessu et delicto per eum comisso et perpetrato, ut continetur.

^c *The following word causa crossed out.*

^d *Written above the line.*

^e *ipse repeated again, but not rendered in this edition.*

^f *The following ad crossed out.*

^g *Sic: a contaminated form of spatulis.*

^h *The entire entry is crossed out, meaning that the sentence was indeed carried out.*

Nos Laurentius Zane potestas antedictus, sedens pro tribunali super platea Trebli in loco publico et consueto, in pleno et generali arengo comunis et hominum terre Rubini ad sonum campane ibidem congregato modo solito, sequentes formam iuris et ex vigore arbitrii nobis a prefata nostra excelentissima dominatione Veneciarum dati, concessi et atributi, et omni alio modo, via, iure et forma quibus magis et melius possumus et debemus infrascriptam condmnationem corporallem et sententiam condemnationis corporalis contra infrascriptum hominem et personam pro infrascripto excessu et delicto per eum comisso et perpetrato dicimus, proferimus in hunc modum et in hiis scriptis sententialiter condemnamus:

Martinum de Scuteri, homicidam et malefactorem contra quem processum fuit et est per nos et curiam nostram per modum inquisitionis in eo, de eo et super eo, quod ad aures et ad notiziam nostram^a nostraque regiminis pervenit, quod hoc anno, die XXII mensis aprilis, circha horam vigessimam secundam, dum sederemus super salizatam Comunis Rubini in medio duarum per portarum^b, audivimus certum rumorem^c super ripam et quam primum ivimus videndum reperimus quendam Dussam de Albania vulneratum et Andream quondam Petri de Durachio patronum navigii, qui conducebat dictum Marinum homicidam et malefactorem in terra, quem detrudi facimus in carceribus, et missimus ad accipiendum dictum dicti Dusse et eximinavimus certos testestes^d super hiis, et reperimus res sic transire:

quod dum^e Andreas quondam Petri de Durachio aplicuisset in portu Rubini cum suo navigio cum dicto Dussa, Martino et alliis marinariis, ecce quod dictus Dussa cum dicto Martino portatis certis lignis que fecerunt in navigio, venerunt in terra in Rubino ad bibendum, et ex certis verbis venerunt ad rixam^f, et dictus Marinus – spiritu diabolicho instigato – recessit et ivit navigium quod erat in portu Rubinii cum^g fine allegata ad unam ex collonis, que sunt super ripam Rubini, et quam primum dictus Dussa cum alliis marinariis ivit navigium, et ipso Dussa primo ascendit, dictus Martinus homicida et malefactor ipsum percussit <cum uno ense>^h et quinque vulneribus, uno in flanco sinistro cum uno taio penetrato interius, ex item super brachium tribus vulneribus, videlicet

^a *The following noq crossed out.*

^b *Sic: per is probably written by mistake.*

^c *The following que fecit crossed out.*

^d *Sic; surely a lapsus calami for testes.*

^e *The following Petrus crossed out.*

^f *The following et crossed out.*

^g *The following ec crossed out.*

^h *Written as ad addition on the left margin.*

in brachio sinistro cum incissura pissoniⁱ, ex item uno in collo a latere sinistro cum maxima sanguinis effusione ex quibus ictibus erat in maximo periculo mortis, ex quibus vero ictibus dictus Dussa die XXVIII mensis aprilis hora circa XV^{ta} mortuus fuit et est, ex relatione magistri Chatarini, qui tunc ei mederi fuit, et aliorum restium mortuus fuit et est, comittendo dictus Martinus homicidia et malefactor predicta omnia contra formam iuris et iustitie et contra mandatum Dei et formam nostri regiminis.

Que omnia et singula constat nobis et curie nostre vera esse et fuisse, tam per veras testificationes super hiis habitas, quam per legitimam confessionem per dictum Martinum factam, qui Martinus in nocte Sancti Michaelis de mense madii fregit carceres et arripuit fugam, ut hec omnia latius in actis curie nostre continetur.

Idcirco nos potestas antedictus, considerans et sequens formam iuris et iustitie, que omnium civitatum et castrorum est substantamentum, avertentes quod enorme delictum fuit commissum per dictum Martinum homicida et mallefactorem in destruendo humanam formam, quam Deus creavit ad sui ymaginem et similitudinem, et sic divini lex precepit – qui gladio feriet, peribit gladio–, quibus omnibus consideratis nolle tale delictum transire impunitum, et quod dictus homicida et malefactor de suis male gestis valeat gloriari, sed potius eius pena aliis talia committere volentibus transeat in exemplum, descendens potius ad misericordiam quam ad crudelitatem – cum dicitur quod iustitia cum misericordia mixta est placita Deo –, sequentes formam iuris et iustitie ac arbitrii et bailie nobis in ac parte concessis quibus melius possumus et debemus, Martinus de Scuteri superscriptus homicida et malefactor sit perpetuo banitus et exul de Rubino et sui districtus, et si quo tempore dictus Martinus homicida et malefactor pervenerit in fortiam nostram aut successorum nostrorum, conducatur ad locum iustitie consuetum, et i capud a spatulis ei amputetur, ita et taliter quod penitus moriatur et anima a corpore separetur, sedens pro tribunali, ut superius, in hiis scriptis sententialiter condenamus.

Lata, data et sententialiter promulgata fuit suprascripta sententia et condemnatio corporalis per prefatum dominum potestatem, et vulgarizata et lecta per me Iohanem de Parentio notarius et cancelarius suum, currentibus annis Domini MCCCCXXXIII, indictione XI, die XVIII septembris, presentis ser Nicolao quondam ser Andree, ser Adamo quondam ser Antonii, Iohanem quondam Thome, et aliis multitudine copiosa.

ⁱ *Sic: ?.*

Case 30: Francis de Varga vs. the Commune of Poreč

Poreč, January of 1446.

Source: *Acta potestatis Parentii*, fol. 302r (podestà's verdict only as the other parts of the process are not recorded).

[Podestà's verdict:]

Franciscum dictum Varga hominem brige et questionis contra quem per nos et curiam nostram processum est in eo, de eo et super eo quod ad aures nostras fama publica precedente non quidam a malivolis et suspectis personis, sed potius a veridicis et fidedignis comiserit multos excessus et delicta in civitate Parentii tempore nocturno et precessorum suorum, et apperuerit sua autoritate portas civitatis sine licentia regiminis, et iverit extra. Postea scalaverit muros civitatis, et multa alia mala perpetraverit. Et non contentus predictis, diebus preteritis venerit in civitatem animo et intentione mittendi eius pravam et malam intentionem executioni contra et adversus magistrum Bertolutum cerdonem et Antonium eius filium, querendo eos armis offensibilibus pro dando eis mortem, ac ponere hanc civitatem in confusionem et scandalum. Que verba esse nobis satis clare constant, comitendo predicta contra honorem Dei, ius et iusticiam, et udentes quod caritas et amor sint inter cives, et removeatur omnis eror qui quocumque modo occurrere posset, et ne deffectu unius plures pereant, et ne de predictis possit gloriari, sed quod ipsius pena aliis transeat in exemplum, idcirco quod dictus Franciscus sit bannitus de Parentio et districtu per annos decem proximos, et si infra dictum terminum venerit in forciam nostram vel successorum nostrorum, quod stet in carceribus uno anno continuo et iterum banniatur, ita et hoc tociens quotiens fuerit contrafactum, in his scriptis sententialiter condenamus.